DE

MARLOVIANIS FABULIS

DE
MARLOVIANIS FABULIS

THESIM

FACULTATI LITTERARUM PARISIENSI

PROPONEBAT

ERNEST FALIGAN

PARIS
LIBRAIRIE HACHETTE ET C[ie]
79, boulevard Saint-Germain, 79

1887

DE MARLOVIANIS FABULIS

CAPUT I

De scena britannica ab initio usque ad Marloviana tempora

Apud Britannos, ut apud cæteros Europenses populos qui se mature ad christianas religiones converterunt, fabulæ quæ primum in scenam actæ fuerunt, originem suam duxerunt e rebus divinis. Qui illas componebant, ex hac una re maximam laudem capere studebant, si religione perfunderent animos. Sacræ fabulæ agebantur a sacerdotibus in templis non ad oblectandum, sed ad docendum. Primo etiam tempore, scenici ludi religionum pars fuerunt quædam et inter solennia celebrabantur. Quæ in libris sanctis memorantur de viris beatis quorum sacerdotes dies festos agebant, deinde oculis proposita fuerunt, ut mirabile archangeli Gabrielis visum, vel concursus regum et pastorum qui visendi Jesu gratia Bethleem venerunt, vel Christi et ortus et ad vitam revocatio.

Pantomimis illis qui cantibus aliquando adornabantur, soliloquia adjuncta sunt vel personarum inter se colloquia, quæ mox in fabulas conversa sunt veras, et latina prosaque oratione reddita. His in fabulis nulla proferebantur, nisi e sanctis libris excerpta, aut Dei cultu consecrata. Sed aliquatenus remissa fuit paulo post lex inclemens. Dicta illa, latinis versibus primum mandata, in patrias litteras deinde translata fuerunt, et qui fabulas illas tractaverunt, quamvis ab argumento quod erat propositum non aberrarent, verba tamen quibus res narrabantur et postremo minores rerum ipsarum partes mutaverunt. In

locum fabularum quæ liturgicæ nominabantur, semiliturgicæ successerunt.

Hæc fabularum componendarum ratio ad disciplinam funditus evertendam manifesto tendebat, neque longo spatio ideo viguit. Scenici ludi jam pluris momenti et ponderis erant, quam ut in sacrorum cærimoniis diutius inessent. Celeberrimus quoque virorum mulierumque conventus angustius in dies sedebat. In fabulas præter hæc inserebantur magis magisque res et verba sordida, vel in argumenta, casus scurriles, quæ Dei ejusque templorum majestatem lædebant. Multa quoque, tanta multitudine hominum in spectacula conveniente, tam turbulente vel turpiter agebantur ut sacerdotes jam non deceret scenicorum duces esse ludorum in quibus sacra profanis longe superabantur.

Fabula quæ semiliturgica dicitur, e templis ejecta, in forum confugit. Sacerdotes qui primas tulerant partes et duces spectaculorum fuerant, his præesse sibi satis esse duxerunt. Sodalitates vel mercatorum operariorumque collegia exsequebantur reliqua. Qui fabulas dabant, argumenta e libris sanctis eruere perseveraverunt, materiam autem tractaverunt liberius, et fabulæ ea cum libertate scriptæ non liturgicum drama, sed Mysterium nominatæ fuerunt.

Nonnullos apud populos, imprimis apud Gallos, vestigia eorum qui liturgicum drama scripserunt, ab initio, operose tamen, docti secuti sunt. Qui talia conquisierunt apud Britannos, hos secundos exitus non habuerunt, et, ut verisimile est, nunquam habebunt, fabulæ enim in armariis publicis vel privatis conditæ, civilibus bellis sævientibus, destructæ fuerunt. Non dubium est tamen quin ii qui scenam tentarunt eàmdem viam secuti sint. Docti quidam, imprimis Wartonius, exempla protulerunt e quibus consequitur ut fabulæ sacræ in templis actæ fuerint, fabulæ etiam omnium antiquissimæ quæ liturgicæ vocantur, chorus enim eorum qui sacros dicebant cantus carmina quædam in his ludis concinnebat[1]. Ostenderunt etiam has fabulas apud Britannos diutius peractas fuisse quam apud

[1] In several of our old scriptural plays, inquit Wartonius (*The History of English Poetry*, ... by Thomas Warton ed. 1840, t. II, p. 22), we see some of the scenes directed to be represented *cum cantu et organis*, a common rubric on the missal. That is, because they were performed in a church where the choir asssited.

Gallos. Sexto decimo post Christum natum sæculo, nonnullæ in scenam adhuc inductæ fuerunt quibusdam in provinciis. Hi vero ludi in pejus abierant et tanta flagitia nequitiasque genuerant, ut Bonnerus, Londiniensis episcopus, anno P. C. N. millesimo quingentesimo quadragesimo secundo (1542), interdixerit ne agerentur [1]. Horum ignota sunt apud Britannos initia, et nescitur quomodo nati sint. Verisimile est tamen fabulas sacras a Normannis sacerdotibus in Britanniam, domita gente, invectas fuisse, quod ex natura rerum colligi potest, Britanni enim multis in rebus suo consilio non utebantur, sed mores exemplaque sumebant a Gallis qui longe humaniores et potentiores erant.

In fabulis quibus Mysterium nomen, ludi qui Mysteria proprie vereque dicuntur diducti sunt a Miraculis. Qui materiam illam tractabant, priorum argumenta e libris sanctis, id est e vetere novoque Testamento excerpserunt. Sacra proposuerunt oculis et simul verbis explanarunt, ut illa facilius intelligerentur a vulgo et in morem ejus venirent. Per tres gradus vicissim fabulas istas duxerunt. Primum in scenam protulerunt vel maxima divini cultus mysteria, vel eventa quædam e libris sanctis sumpta, et in his ludis modum fabularum consuetum non excurrerunt. Hunc autem præterire mox coacti sunt necessitate et augendæ et amplificandæ materiæ. Vehementer cupientes obsequi studio incitato plebis, quæ ludos illos adamabat, extra fines æquos dramatis egressi sunt. In dilatata mysteriorum argumenta inseverunt non solum eventa multa, sed etiam longas librorum sanctorum partes. Oculis tandem proposuerunt memoriam rerum omnium quæ ad generis humani fatum pertinent, ab homine procreato, nonnunquam etiam ab Archangelo Lucifero e cælo ejecto, usque ad homines Christi cruciatu et morte redemptos. Intra paucas horas hi ludi non agebantur, ne unum quidem intra diem; pluribus opus erat. Quidam septem dies morati sunt eos qui convenerant in urbem. Qui partes

[1] This practice of acting plays in churches was at last grown to such an enormity, and attended with such inconvenient consequences, that in the reign of Henry the Eighth, Bonner, bishop of London, issued a proclamation to the clergy of his diocese, dated 1542, prohibiting « all manner of common plays, games or interludes to be played, set forth, or declared, within their churches, chapels, etc. » The fashion seems to have remained even after the Reformation, and when perhaps profane stories had taken place of religions. » (Warton, loc. cit., t. II, p. 23.)

sustinebant, frequentissimi erant, et laborem insumebant insignem ludos tantos magnifice et sumptuose agendo. Quapropter magna multitudo hominum ad spectacula undique concurrebat.

Qui vero theatra ducebant, propterea quod modum excesserant æquum, in magnas salebras inciderunt, et multis impediti fuerunt rebus oppositis. Tantis impares sumptibus, pecuniæ expertes fuerunt, et non minus dies iis defecit. Quum ardor consedit, laborem etiam magis recusaverunt quam impendium, et postquam alia orta sunt incommoda, de quibus infra dicam, e tantis et infinitis dispendiis, ad rationes modestiores et ad consilia minus immoderata descenderunt. Istas ingentes fabulas diviserunt in partes. Ex operibus quæ carminis heroici magis similia sunt quam ad scenam apta excerpserunt fabellas modum tenentes æquum, et unam et exiguam agentes libri sancti partem, quin etiam unum eventum. Vice versa, ut novis illecebris videndi studium incitarent, de rebus dixerunt liberius; quæsiverunt etiam argumenta in sacris historiis quæ temporibus illis populi memoriæ a majoribus celeberrime mandatæ fuerant. In scenam detulerunt prodigia tunc a Deo effecta, vel intercedente Maria Virgine impetrata. E vita sanctorum excellentissima quæque libarunt et tractaverunt, ut populum grata novitate morarentur. Novissimæ fabulæ, quibus Miraculum nomen, non sæpe reperiuntur prima scenæ sacræ secundaque ætate. Tertia autem, plures brevi fieri cœperunt, et rariores Mysteriis primum, deinde numero prævalentes, gradatim in eorum locum subjectæ fuerunt. Scriptores, quum has fabulas scriberent, tantis non adstringebantur vinculis et de harum argumentis libentius dicebant.

Antiquissimarum fabularum, quum Mysteriorum, tum Miraculorum, memoria non altius quam a duodecimo sæculo P. C. N. repetitur apud Britannos. Matthæo Paride (*Mathieu Pâris*), teste, miraculum quod inscribitur Sanctæ Catharinæ Vita, actum fuit Dunestabulæ (*Dunstable*), circa millesimum centesimum P. C. N. annum [1]. Jam etiam, hæ fabulæ multifariam et persæpe docebantur, etenim a quodam Fitz-Stephano (*Fitz-Stephen*), qui duodecimo P. C. N. sæculo scripsit, com-

[1] Warton, loc. cit., vol. II, p. 23. — Payne Collier, the History of English Dramatic Poetry, London, G. Bell, 1879, vol. II, p. 56.

memoratæ sunt. Harum spectacula in sua *Londoniensi Descriptione* [1] narrat non nova tunc esse, sed crebra et antiqua. Quibus indiciis declarari videtur Miracula initio in Britannis scenis frequenter acta fuisse. Sed si quis ex illis cogere vellet, Miracula Mysteriis anteposita fuisse et multitudinem dulcius delectavisse, sine dubio aberraret a vero. Supersunt enim quidam rarissimi libri qui fidem faciunt temporibus illis Mysteria multis in civitatibus crebro in scenam delata esse, et in secundam jam versa formam, qua induta, plus heroici quam tragici vel comici carminis similia sunt. Libri illi Mysteria continent quæ Cestriæ (*Chester*) in annos singulos, attamen non sine multa intermissione, usque ad millesimum quingentesimum septuagesimum septimum (1577) P. C. N. annum acta fuerunt, et primum millesimo ducentesimo sexagesimo octavo (1268) P. C. N., quum Johannes Arnvaius (*Arnway*) urbi præesset [2]. Distribuuntur plures in partes quæ ex Scriptura sancta, cujus celeberrimos fingunt casus, sumptæ sunt, et quarum unaquæque, in sese absoluta, sigillatim agi posset, quamvis totius operis corpori inhæreat, et immensæ fabulæ actus, ut ita dicam, sit unus. Locis etiam productis ab annalibus iisdem temporibus scriptis, ostenderunt docti non quasdam, sed totas partes quotannis actas fuisse, quæ spectacula plures certe dies tenebant. Millesimo quingentesimo septuagesimo septimo P. C. N. anno (1577), verisimile est ea plus æquo diutina visa esse, et eam ob causam, partem unam, cujus *Pastores* titulus erat, in scenam inductam esse.

Miraculum quod *Sanctæ Catharinæ Vita* inscribitur, intulit in Britanniam monachus quidam Normannus qui Parisiensis pars erat Universitatis. Scriptum igitur fuit a Gallo, et hoc signum est, sacras fabulas in Britanniam a sacerdotibus Normannis importatas fuisse. Ad lectoris delectationem res eo aptior est, quod non supersunt apud Gallos Mysteria tam anti-

[1] « Londonia pro spectaculis theatralibus, pro ludis scenicis, ludos habet sanctiores, repræsentationes miraculorum quæ sancti Confessores operati sunt, seu repræsentationes passionum quibus claruit constantia martyrum, » p. 74, 4e éd., 1772.

[2] Payne Collier, loc. cit., vol. II, pp. 56-57. — Hæc Mysteria a Ralpho Higdeno (*Ralph Higden*), qui libri *Polyeronicon* nominati materiam collegit, scripta esse quidam putaverunt. Si quidem anno supra dicto primum, ut creditur, acta fuerint, nullam operam his Ralphus Higdenus dedit, etenim multo posterius, amplius uno sæculo interposito, mortuus est.

qua quam fabula illa, quamvis sine dubio ii fabulas hujus generis jam componerent.

Admonuit nos Gulielmus Honus (*William Hone*)[1], Cestrienses fabulas, quæ longe sunt antiquiores quam Coventrienses, multo accuratius cum Scriptura Sancta congruere, et auctores illarum non multa, ut posterius evenit, sed paucissima e subditiciis Evangeliis sumpsisse. Quod quidem ei mirum videtur, sed immerito, libri enim sancti eo majorem habent venerationem quo magis vigent et divinus cultus, et sacrarum rerum reverentia, quæ tertio decimo P. C. N. sæculo multo magis colebantur quam per quartum quintumque decimum. Erraret tamen qui putaret sanctæ observantia Scripturæ libertatem eorum qui Mysteria illa scripserunt et quorum nomina sunt ignota, et vim animo fingendi oppressas fuisse. Verba quidem sacra, vel inviti, in summa sequebantur; personàs autem accurate formando et res comicas augendo hoc impedimentum compensabant, et sæpe in his partibus præcipuæ solertiæ fuerunt. Notavit Alfredus Mezierus, tragicum genus comico mixtum, mixtumque gravi jocosum sermonem apud Europenses populos, temporibus quæ medium ævum nominantur, fuisse frequentissima, et Britannorum ingenio præterea consensisse. Apud antiquissimos, velut apud novissimos hujus gentis scriptores, occurrunt exempla illius artis, quæ nota insignis facta est fabulæ cui recentiores populi drama dixere nomen. Quare non mirum est eos qui Mysteria Miraculaque confecerunt illis artibus convenienter, quin etiam intempestive, usos fuisse. Naturæ suæ et gentis obtemperabant, quibus indulgendo persuasissimum habebant se judicium plaususque plebis ablaturos esse.

Incepta et gubernata fuerunt Mysteria Miraculaque a sacerdotibus qui primo non solum has fabulas scribebant, sed illarum partes agebant. Summe ducebant et sine arbitrio regebant hos ludos, quos festis diebus agitabant ut christianam gentem recrearent et à profanis averterent ludicris. Nulla, illis invitis, gerebantur, et sedulo his festis intererant. Id conjectura probabile est, partes antiquissimorum inter Mysteria Miraculaque a solis sacerdotibus actas fuisse. Posterius, quum

[1] Ancient Mysteries described, especially the English Miracle Plays, founded on apocryphal New Testament story, extant among the unpublished manuscripts in the British Museum... by William Hone, 45, Ludgate Holl, 1823, 1 vol. in-8°. Préface, pp. ii-vii.

personarum numerus in dies auctior fieret, sibi laicos adjunxerunt clerici, quin etiam musicos, ut gratioribus illecebris multitudinem allicerent. Sexto etiam decimo P. C. N. sæculo, non insolitum erat sacerdotes in scenam prodire. Sed sæpissime socios multifariam reperierant a quibus obscurati vel e scena ejecti fuerant. Qui socii, tum mendicantes monachi erant, tum clerici ad eum finem in tempus conjuncti, tûm sodalitates sacræ, tum collegia mercatorum et operariorum qui putabant seipsos magnam consecuturos esse laudem si onus et impensam in dies molestiorem illius sacri officii sustinerent. Quamvis autem sacerdotum partes suscepissent, manserunt tamen in potestate et arbitratu eorum, quibus rursus adjuvabantur, vel etiam pecunia rependebantur. Merces aliquando amplissima tribuebatur his scenicis, quibus quoque in sacraria aditus erat apertus, ut in promptu sacerdotalia ornamenta haberent. Solummodo quum spectacula sacra jam deflorescerent, et quum scenici quidam artes suas non lusus modo, sed lucri gratia exercentes, per provincias vagarentur, hi suspecti fuerunt sacerdotibus et ab iis submoti. Quibus sæpe pauperrimis, cibus tamen, hospitia etiam suppeditabantur; nihil autem his vagantibus scenicis tribuebatur, præter subsidia illa. Nonnunquam etiam, quum in suspicionem venirent nimiam, à monachorum familiaritate prohibebantur. In interiore monasterii parte iis fabulas agere non licebat.

Duo pericula præsertim sacerdotes impediebant ne spectacula sacra longius curarent. Prius obstabant languida fides lapsaque disciplina, unde fiebat ut in nimiis istis hominum conventibus multa sæpius turbulente et flagitiose gererentur. Non indecorum videbatur partes a sacerdotibus agi quum turba putaret scenicos ludos rerum divinarum solenne quoddam et, ut ita dicam, appendicem esse, et sacra sacerdotesque majore cura coleret quam ut eos qui fabulas illas agebant ludibrio haberet, vel acerbis irrideret facetiis. Quum autem sacra spectacula in ludos multis partibus profanos versa fuerunt, et postquam ii qui visendi causa veniebant, a fabularum scriptoribus ipsis sollicitati fuerunt ad personas et scenas quasdam irridendas, sacerdotes, antiquam consuetudinem servando, se jocis obtulissent vel contumeliis quibus in contemptionem adducti et ignomina affecti fuissent. Desierunt igitur paulatim in scenam prodire, præsertim in urbibus, turba in has frequentius concurrente et

se lascive gerente. Posterius scena remoti fuerunt necessitate rerum quum sodalitates sacræ et mercatorum operariorumque collegia partes eorum in Mysteriis Miraculisque parandis et agendis susceperunt. Id conjectura probabile est, sacerdotes sæpissime sociis suis onus in dies ingravescens libenter cessisse. Quo longiores fabulæ fiebant et multitudo concurrebat frequentior, eo graviore impensa onerabantur. Loco theatrorum tenui primum apparatu exstructorum, et pro scena viam aut forum insumentium, sumptuose constituta fuerunt ædificia immensa. Ex tabulatis componebantur quæ alia aliis superponebantur et ex infimo quorum, inferos fingente, scenici in supremum, quod cœlum imitabatur, scandebant, transeundo media, a depugnantibus et victoribus christianis occupata. Impensis quas scenariæ picturæ vestesque afferebant eodem modo crescentibus, clerici, urbani etiam sacerdotes, his damnosis sumptibus oppressi, onus festinanter et non invite mercatorum et operariorum collegiis impertiverunt.

Quamvis munus suscepissent grave, pro quo pecunia concedebatur impar, rei pondus læte collegia illa sustulerunt. Onus quidem in partes dividebant, et singula singulis fabulæ providebant actibus. Laborem hoc modo dispensatum, gravem tamen, facilius tolerabant. Sed spectaculorum perstudiosi, id laude dignum putabant excellere cæteris, et apparatu sumptuoso invicem certabant. Procul dubio maxime adjuverunt ad Mysteriorum ludos præter modum producendos et ad fabulas in quoddam carmen heroici similius quam dramatici generis convertendas. Fabulæ quæ in celeberrimis Mysteriorum collectaneis, id est in Cestrientibus et Coventriensibus libris reperiuntur, tali modo a mercatorum et operariorum collegiis actæ fuerunt. Nusquam Europensium gentium sumptuosiore cum apparatu in scenam inductæ fuerunt, et majores moverunt plausus. Reges ipsi hæc spectacula visitabant, septi non solum frequenti comitatu, sed immensa hominum multitudine.

Quum præter æqnum existimata fuerunt ea quæ in ludis solis suaviter sensibus blandiuntur, multa acciderunt incommoda. Iis posthabita sunt cuncta, scribendi etiam et agendi artes. Rebus omnibus relictis, laboratum est ut cernendi sensus permulceretur. Scriptores, ut verum dicam, vi ac necessitate rerum coacti sunt ut spectantes oculis retinerent. Vox hominis sonos emittit qui spatium quoddam non excedunt

et qui, quum frequens consessus in immensis theatris consedit, in ultimis horum locorum finibus non audiuntur. Quamobrem scriptores descenderunt ad magnificos spectaculi apparatus. Hos præterea frequenter mutarunt ut spectantes oculorum auxilio intelligerent quod auribus non perciperent. Nulla vox prævalebat quum tantæ multitudinis trepidantes fluctus agitarentur. Idcirco alterni fabularum sermones contracti sunt. Quibusdam tandem de ludis omnino detracti sunt, et pantominus quidam, a Britannis *pageant* vocatus, mysteriorum et miraculorum locum tenuit. Imo, ob eam causam quod remotissimi spectantium pantominos illos non clare videbant, et vastissimo foro tanta turba non capiebatur, mobile factum theatrum ductum fuit ad eos qui in propinquum accedere non poterant. Ædificia locata sunt curribus quorum unusquisque sustinebat unius spectaculi vel unius scenæ apparatum personasque, et urbem transibat, in omnibus vicis et triviis consistens, et in unoquoque simplicem exhibens fabulam, plerumque pantomimum spectaculo cujus addictus erat. Ædificia illa, postquam eo modo circumlata fuerunt, denique ducta sunt per provinciæ pagos ut studia incolentium, qui hæc spectacula intueri cuperent, satiarentur. Quo more, ut verisimile est, instituti sunt scenici qui gregatim vagabantur et brevi spreti sunt.

Dugdalus (*Dugdale*) qui Annales Præsidii Verovici (*de Warwick*) scripsit, de spectaculis illis multa refert quæ asseverat se accepisse a senibus, quorum in ore atque oculis res gesta fuisset. Theatra illa, inquit ille, lata altaque erant, rotis instructa et in excelsos urbis locos ducebantur ut ab incolis facilius considerarentur. Celeberrimos virorum mulierumque conventus concitabant. Ricardus tertius et Henricus Septimus Coventriam (*Coventry*) se contulerunt, prior anno P. C. N. millesimo quadringentesimo octogesimo tertio (1483), posterior anno P. C. N. millesimo quadringentesimo nonagesimo tertio (1493), ut adessent spectaculis illis, quæ Corporis Dominici feriis edebantur, nec ullam ob aliam causam. Consimilia spectacula Eboraci (*York*) dabantur et apud Dracum (*Drake*), qui hujus urbis annales scripsit, relata sunt. Cestrienses mobiles pantomimi apparatu Coventriensibus pares erant, et magnificentia forte præstantes. Unumquodque mercatorum et operariorum collegium suum præbebat currum qui altum

erat ædificium, quatuor rotis et duplici tabulato instructum. In interiore currus parte abdite latebant et sibi vestes induebant scenici. Scandentes deinde in superius tabulatum, partes agebant suas, quibus quodam in loco actis, propere progrediebantur, ut rem longius renovarent. Isto modo agebatur fabula eodem ferme tempore, in cunctis urbis partibus. Londinienses tam sedulo quam qui maxime spectacula illius modi dare solebant. Non solum illa feriis sacris edebant, sed etiam quum festos, profanos autem dies agitarent. Nunquam matrimonium regium celebrabant, aut regem hospitio excipiebant quin pantomimos sacros peragerent. Incredibili sæpe magnificentia nitebant currus, et ea quæ flagitabat tempus et illis deficiebant, principes civitatis publico sumptu largiebantur. Magnam conducebant manum mercenariorum qui currus ædificabant et ornabant. Viæ quas scenici secuturi erant prætentis velis et pannis aureis velut Corporis Dominici feriis decorabantur. Magno cum apparatu equitantes præibant civitatis principes vicorumque optimates. A musicis comitati, festis clamoribus excipiebantur. Tanto strepitu voces eorum qui fabulas agebant obruebantur, et tum sine dubio quum hæc spectacula ederentur, is incessit mos paulo post communis et ferme universus, ut in locum personarum inter se colloquentium supponerentur pantomimi quibus eventa Scripturæ sanctæ clarissima oculis subjiciebantur. Quum anno P. C. N. millesimo quadringentesimo vicesimo quarto (1424) dux Bedfordiensis, regni gallicani procurator, triumphans Lutetiam captam iniit, a fratria cui Parisienses Pueri nomen, quæ se ad parietem quemdam applicabat et immota silensque manebat, efficta fuerunt veteris novique Testamenti Mysteria[1]. A sacris argumentis scenici illi mox transierunt ad profana. Struttus (*Strutt*) narrat[2] currus Londinienses sæpissime effinxisse castella, palatia, hortos et sylvas in quibus ostenderentur Nymphæ, Fauni, Satyri, Dii Deæque, Angeli et Diaboli a Gigantibus, Sylvestribus hominibus, Draconibus, Sanctis, Militibus, Scurris et Pumilionibus comitati. Fabulares poetarum græcorum romanorumque historiæ et commenticiæ narrationes rerum medio ævo gestarum a militibus quibus equites (*chevaliers*) nomen,

[1] Warton, loc. cit., vol. II, p. 26.
[2] *Regul. and Ecclesiastical Antiquities of England*, 1773, 4°.

manifesto jucundiores fiebant quam sacrorum spectacula. Illarum fabularum argumenta egregie nonnunquam ornabantur et animum scriptoris humanum et exquisitum esse declarabant. Quum Maria, regia virgo Britannorum et Ludovici duodecimi, Gallicani regis, sponsa, Lutetiam solenniter introiit, fratres Perfecti (*les frères Parfait*) narrant Parisienses ante oculos ejus posuisse simulacrum lilium formosum rosetumque rosis purpureis nitidum effingens,

« Et dans un autre, à la porte royale du Palais, avoit un grant Eschaffaut, au plus haut duquel estoit l'ange Gabriel, saluant la vierge Marie en disant, *Ave, gratia plena*, et entrè deux avoit un beau Lys [1]. »

Non in pantomimis solis profana in majore gratia apud omnes erant quam sacra, et in dies his miscebantur. Iis qui vera Mysteria Miraculaque agebant vel componebant non aliter placebat. Sed ne spectantium mentes confunderent vel læderent a vetere more dissentiendo, et forte ne venirent in suspicionem sacerdotum, nec aperte, nec abrupte in locum posteriorum substituerunt priora, sensim vero et, ut ita dicam, obscure. Antequam tragicas vel comicas fabulas scriberent, genera media, id est fabulas quæ dicuntur Morale Carmen (*Moralité*) et Interludus (*Interlude*, *Intermède*) tentaverunt. Ingrediendo etiam hoc iter providenter processerunt.

Ut Mysteria renovarent et Miracula, quæ sine dubio obsoleta videbantur, primum quasdam finxerunt personas quarum ope induebantur humano vultu et corpore notitiæ abstractæ et incorporales aliquorum animi sensuum aut cogitationes. Hujuscemodi sunt, apud Coventriensia Mysteria, personæ partes Justitiæ, Misericordiæ, Veritatis Pacisque agentes, quibus personis cum sancta Trinitate in cœlesti Senatu disceptatio contentioque magni ponderis est, aut Mors nece repentina afficiens regem Herodum a satellitibus suis septum. Frequentissima sunt apud eos qui medii ævi temporibus scripserunt illa colloquia jurgiaque personarum quæ speciem abstractarum vel incorporalium notitiarum oculis subjiciunt. Inter latina carmina quæ putantur a Gulielmo Mape (*Walter Mapes*) scripta fuisse, reperiuntur « Disputatio inter Corpus et animam » et

[1] *Histoire du Théâtre français*, t. II, p. 170.

« Dialogus inter Aquam et Vinum[1]. » Hujus generis personæ quibusdam in fabulis numero brevi prævaluerunt. Veræ autem, vel ex patriis annalibus sumptæ, vel in animo ejus qui scripsit secundum vivorum hominum imaginem informatæ, minores factæ sunt, et quum ejectæ fuerunt cunctæ, novum fabularum genus, quod Morale Carmen (*Moral Play*) nominatur, ortum est.

Paynus Collierus optime dixit Morale Carmen fuisse fabulam cujus personæ figmenta sunt induta corpore, et ex qua consilia ad vitam gubernandam apta deducuntur. His fabulis, neque magistratus, neque sacerdotes sollicitabantur. Scriptores eadem officii præcepta prædicabant et ad ea colenda assidue cohortabantur. Spectantes christianos ludis honestis recreare perseverabant et eos docere hæc bonorum virorum instituta quæ ad mores pertinent. Scenam tamen de antiquo statu demovendo, aditum dabant novis rebus. Ideo quod argumentis sacris morale carmen anteponebant, se relaxabant a necessitate fabulas excerpendi e Scriptura Sancta vel ex ecclesiasticis Annalibus. Religionis reverentiam exinde non docuerunt, sed disciplinam qua mores informari putantur, et posteriorem facillime ad res novas accommodavere, quum fabularum argumentum in totum mutaverunt. Perspexerunt brevi quanto latior sit moralis carminis materies et eo citius quod ad hoc spectandum impulsi fuerunt necessitate studioque novi generis renovandi.

Morale carmen genere naturaque proxime primum accedebat ad comœdiam, sive mores effingentem, sive præsertim rei nodos nectentem et solventem. Ut prius in posterioris formam converteretur, satis erat pro fictis et abstractis personis homines reponere qui eadem sentirent. Arduum autem est et tractare, et renovare comœdiam quæ mores effingit, præsertim quum specie moralis carminis induitur. Quapropter nullum fabulæ genus in res tritas et pervulgatas et in communes locos qui artis sunt, non naturæ, a scriptoribus citius devolvitur, et quod cæterum clare apparebat fabulas vim acquisituras majorem et magnopere moraturas esse spectantes, si personæ veræ reponerentur in locum fictarum, res brevi necessarioque tentata fuit. Qui comœdias componebant, ad hanc viam ineundam sine dubio incitati fuerunt prospera fortuna fabularum quibus

[1] Payne Collier, loc. cit., t. II, p. 184.

nomen Interludi, quæ fabulæ, ut res ac tempus postulabant scriptæ, et in aula regia actæ, inventæ vel in populi gratiam vocatæ fuerunt a Joanne Heywoodo (*John Heywood*) circa dimidiam et posteriorem partem quinti decimi P. C. N. sæculi, Eduardo quarto regnante[1]. His in fabulis, quæ Morali carmini proximæ erant[2], personæ, tum etiam quum solo nomine artis quam exercebant appellarentur, non vana figmenta erant, sed veri homines.

Qui morale carmen scribebant, attamen non ausi sunt rem quæ nunc videtur ad hoc fabularum genus aptissima, confestim et abrupte aggredi. Sine dubio timebant ne res spectantibus non placeret, itaque cursus sui vestigium inflexerunt. Legerunt tum tragœdiæ, tum comœdiæ, tum permixti generis cui nomen drama apud recentiores, argumenta in quibus personis veris junxerunt quasdam e fictis quæ morali carmini propriæ erant. Quo facto, rediisse videbantur ad initia, id est ad mysteria quibus primæ harum personarum in scenam inductæ fuerunt. Et sane quodam modo retro redierant. At se nequaquam abdicaverant parta superius libertate argumenta, quum e profanis annalibus aut moribus, tum e Scriptura Sancta eligendi. Hanc etiam auxerant, iis enim datum erat jus, de quo non erat tunc controversia, non solum Morale carmen scribendi, sed etiam tragœdias, comœdias et permixtum genus drama dictum, et eo jure recuperaverant campum longe latiorem, in quo musa scenica exsultare posset. Ut venirent in pleniorem possessionem trium generum quæ complectuntur fere totas fabulas in scenas recentiores actas, unum reliquum erat, se postrema servitute liberare, personas abstractas et fictas e theatris expellendo, quod non arduum fuit, ipsi enim hanc legem sibi prudenti consilio imposuerant.

Diu docti existimarunt moralia carmina non scripta fuisse ante ultimos annos quinti decimi P. C. N. sæculi et acta fuisse

[1] Quædam inter Moralia carmina, præsertim inter antiquissima, inscribuntur ipsa Interludi et hoc nomen forte ducunt ex eo quod principio agebantur medios inter Mysteriorum actus vel partes. Verum Payno Colliero videntur nominandæ esse interludi solæ fabulæ, ut res ac tempus postulabant scriptæ, quas credunt Joannem Heywoodum apud Britannos invenisse

[2] Quod facile perspicies, si solum quarumdam legeris titulos : *A mery play betwene the Pardoner and the Friere, the curate and neybour Pratte; The Four P's; John Tib and sir John; Play of the Weather; Wit and Folly; Gentlemen and Nobility; Beauties and good properties of Women.*

Eduardi quarti regno incipiente. Sed ætate nostra manifestum est Henrico Sexto regnante, id est eodem ineunte sæculo, fabulas illas jam expletas perfectasque fuisse omnibus suis numeris et partibus. In Morali Carmine, pariter ac in Mysterio, comœdia scurrilesque facetiæ tragediæ persæpe, ne dicam continuo, miscentur. Genera illa non sejungere specimen quoddam est, ut jam dictum fuit, britannici ingenii. Quod contra juvant res quæ, cachinnos movendo, animum vehementer concitatum vel generosis virtutibus incensum interdum relaxant. Idcirco videbimus infra facetum et grave, paulisper et imperfecte sejuncta, quum agerentur tragœdiæ et comœdiæ quæ non veræ fabulæ, rudia autem fabularum lineamenta erant, mox convenisse in fabulas quæ a recentioribus drama novum vel *romantique* nominantur, et in unum corpus exinde coaluisse.

Comœdia tragœdiæ præcurrit. Morale primo carmen et deinde fabulæ inducentes in scenam personas abstractas et fictas veris hominibus mixtas, permulta præbent exempla comicæ artis quæ ii qui comœdias componebant imitati sunt et quibus magnopere adjuti fuerunt. Interludus qui nihil aliud est nisi comœdia ut res ac tempus postulant scripta, et nonnunquam aculeata solutissimaque, non minus iis profuit. Pleræque inter vetustissimas comœdias ex interludis ortæ sunt, inter quas notanda est comœdia inscripta : *Gammer Gurton's Needle*. Acta fuit, ut simillimum veri est, circa millesimum quingentesimum sexagesimum sextum P. C. N. annum (1566) et creditur comœdiarum britannicarum quæ hodie supersunt antiquissima esse. Comœdia quæ *Ralph Roister Doister* inscribitur, non eodem fonte fluxit. Reponenda est in fabulis falso *classiques* vocatis, quas sexto decimo P. C. N. sæculo scripserunt, non solum apud Britannos, sed etiam apud cæteros Europenses populos, eruditi qui enitebantur ut Plautum et præsertim Terentium imitarentur. Nicolaus Udallus (*Nicholas Udall*), qui hanc fabulam dedit, Etoniensis collegii rector erat, et forte quum eam composuit ei in animo fuit comœdiam suam subjicere latinis fabulis [1] tempore illo in scolasticis scenis, per dies festos actis, quas plus æquo jocosas et petulantes existimabat. Pauci vero Nicolaum Udallum in exemplum sumpserunt.

[1] Payne Collier, loc. cit., vol. II, p. 35.

Recentiora genera præoptata fuerunt. Iis enim qui fabulas scribebant majora commoda, majoremque licentiam dabant.

Tragœdiæ ipsi, laboriosius autem, prælata fuerunt. Regno Elizabeth, reginæ britannicæ, incipiente, quædam familia reperitur eruditorum qui vestigia veterum tragicorum, et Senecæ præsertim, frustra autem, secuti sunt et quorum fabulæ in aula regia plausus quosdam fugaces moverunt. Hoc quidem fabularum genus non recens erat. Modo retulimus hujuscemodi carmina jamdudum in collegiis, imprimis Oxoniensibus et Cantabrigiensibus Athenis, acta fuisse. Hujus moris prima indicia millesimo quadringentesimo P. C. N sæculo apparent. Ætate quæ Litterarum Renovatio (*Renaissance*) dicitur, carmina illa in honorem revocata sunt. Jacobus Heivodus (James Heywood), filius ejus qui Interludos scripsit, millesimo quingentesimo quinquagesimo nono P. C. N. anno (*1559*), jam in britannicum sermonem *Troades* converterat. Anno P. C N. millesimo quingentesimo sexagesimo (*1560*) et anno sequente *Thyesten* et *Herculem furentem* in scenam induxit. Aliæ tragœdiæ quarum scriptores pariter in exemplum veteres assumpserant aut fabulas e latinis et græcis linguis transtulerant sequentibus annis editæ sunt. Eodem tempore tentabant alii annalium patriorum eventa in veteres tragœdiæ formas inserere, et anno millesimo quingentesimo sexagesimo primo P. C. N. (1561) et anno sequente, fabula quædam a Thoma Sacvillo (*Thomas Sackville*) scripta, cui nomen *Gordobuc* vel *Ferrex et Porrex*, magnos excitavit plausus. Quæ diligenter ad exemplar tragœdiarum a Seneca compositarum elaborata, pessima tamen omni ex parte erat. Sodalitium vero quoddam ultra fines aulæ nullam habens auctoritatem, solum ei tribuit laudes, quas populus suffragiis suis non confirmavit. Illecebris quæ permulcebant eruditos, id est dulci veterum litterarum sapore non oblectatus, sola fabulæ vitia sentiebat, et ante omnia intolerabile tædium quod in scenam inducta afferebat. In tali tempore melius sane mente sua suasus fuit quam civitatis optimates. Alfredus Mezierus jure notavit britannicum drama de via recta deflexum fuisse ab iis qui illud formis facticiis et obsoletis induebant, et sub regulam latinæ tragœdiæ propriam, nullo autem modo britannico ingenio aptam subjiciebant. Quamvis Philippus Sidneius (*Philippe Sidney*) posterius, quum vigesimus præteriisset annus, vitiis quibus britannicum drama

inquinatum erat modum imponere tentavisset, immodicis laudibus ad cœlum tollendo quasdam tragœdias ad exemplar veterum scriptas, præsertim *Gordobuc*, et in aula, Elizabeth regnante, actas, populus tamen numquam ei assensus est. Auribus etiam multitudinis fabulam accommodando, quidam, ut Ricardus Eduardus (*Richard Edward*), qui tragœdiæ scurriles scenas miscebant, in gratiam et favorem ejus non venerunt. Attamen assidue litteris eruditi scripserunt fabulas illas, quarum numerus et pondus, quamvis multum sudarent, continuo deminuta fuerunt. Populus majoribus illecebris trahebatur ad recens fabularum genus, aut, ut verius dicam, ad opera inchoata ac rudia quibus drama novum tentatum, sed non effectum erat. Si diligenter rem inspexeris, novum drama nondum vere constare agnosces, rudimenta enim e quibus ortum est fabulæ, nec perfectæ, nec etiam laudandæ erant.

Has tamen qui scribebant, ingenio suo frenos laxabant. Re autem ipsa, quod judicio firmo subtilique ab insidiis immoderatæ licentiæ non vindicabantur, de via recta necessario deflectebant, et propositum suum, a quibusdam tamen, ut videtur, distincte perpectum, non assequebantur. Plerique vel mysteria, vel miracula in exemplum assumpserunt et vestigiis eorum qui fabulas sacras componebant diligenter institerunt. Pro nihilo ducebant disciplinam quæ trium unitatum regula nominatur, imo omnia grecæ latinæquæ scenæ præcepta. Eventorum nodorumque numero tantum incrementum afferebant ut res quæ agebatur in scena obscura perturbataque videretur, et dumeto inexplicabili similis. Nec argumenti conservabant ordinem, nec cum primis partibus ultimas apte conjungebant. Per orbem terrarum et per sæcula circumferebant spectantium animos. Personæ quædam, quæ fabulæ initio infantes erant nutrici delegati, senes apparebant, quum argumenti exitus immineret. Tragicis scurrilia miscebantur, veris hominibus vanæ imagines, profana sacris, mundanaque narrata eventis e christianis annalibus excerptis. Denique, qui drama novum scribebant, perpetuo licenter agebant, et fingendi avidi, animo tam levi mobilique erant, ut ingenium suum non ducerent, sed ducem haberent. Quum *Poesis Defensionem* (*Apology of Poetry*), litteris mandavit, Philippus Sidneius vitia illa notavit derisitque, verum non castigavit, etenim quum spectantes, tum ii qui fabulas

dabant, nec his liberalibus jocis læsi fuisse videntur, nec etiam horum aculeos sensisse. Alii aliis in hoc errore adjutores erant et aures ad recta consilia claudentes, in omnem ingenii libidinem et in immoderatam licentiam se effundebant.

In argumentis eligendis temperatiores non erant quam in tractandis. Illa sumebant ex omni fonte, sumendoque nulla selectione utebantur. Alii rem de græcis et romanis annalibus arripiebant, non ut tragœdias antiquo more scriberent, sicut Sacvillus et ii qui viam ejus secuti sunt, sed ut illam ad tempus et ad exempla nova accommodarent. Alii materiam e patriis, e sacris etiam annalibus vel e vita sanctorum excerpebant. Alii quoque eventa quædam sumpta e commenticiis fabulis narrantibus gesta militum quibus *chevaliers* nomen in scenam transferebant, quo fonte vix et non satis designato copiose usi sunt. Quidam tandem multa duxerunt ex historiarum collectaneis tunc frequenter apud Italos et Gallos editis. Famosis sceleribus ipsis suppeditata fuerunt argumenta. Nonnulla etiam scelera, simul atque commissa, ut ita dicam, in scenam inducta fuerunt, ut metus et odium quæ mente incusserant ad animos movendos usurparentur.

Quemadmodum tragœdia et comœdia magis magisque in novo dramate miscentur et coalescunt, sic eodemque tempore spectaculum cui nomen *pageant* obsolescit. Locum dat Larvis (*Masques*), id est fabulæ cuidam magno cum apparatu in regiis feriis actæ, et in qua auctores musicorum, saltatorum, histrionum et comœdorum ope utebantur, simul ac splendidis scenariis picturis et vestibus, quid multa? omnibus illecebris quæ suaviter sensibus et animis blandiuntur. Larva, reipsa, fabula erat quæ nunc *Opera* nominatur, interposito solum hoc discrimine, quod in priore musica multo minorem locum tenebat. Nobiles qui regum asseclæ erant, larvorum partes nonnunquam agebant, perinde ac posterius factum est in aula gallica, Ludovico quarto decimo regnante, quum cantica quædam saltarentur. Attamen non ita se res habuit ut e spectaculo cui nomen *pageant*, larva originem suam duxerit. Si prius ætate non præcurrit, huic saltem æqualis fuit. Veteres rerum scriptores narrant quosdam mimicos regios, circa millesimum ducentesimum P. C. N. annum, Joanne rege regnante, inter aulicos famulos adfuisse, et verisimile est hos Mimicos, quum fabulæ larvis simillimæ agerentur, à Bardis *Minstrells* vel *Ministrels*

(*Ménestrels*) vocatis adjutos fuisse [1]. Larvæ tamen cum mysteriis, miraculis et fabulis quibus nomen *Pageant*, quædam habuisse communia videntur. Quibusdam enim in Mysteriis cantica inserebantur, et in codice qui mysterium *De Abelis morte* inscriptum continet, nota memoratur cantica illa quatuor vocibus cantata fuisse. Verisimile est hos cantus additos fuisse quum mysteria miraculaque in spectacula quibus *pageants* nomen, conversa fuerint, quod voces eorum qui partes agebant non sine magno labore celeberrimo virorum mulierumque conventu audirentur. Antequam ad postrema spectacula, id est ad *pageants*, declinarent, conati sunt si picturæ scenariæ ornatissimæ, magnificæ vestes et cantus in locum sermonis contracti vel ablati reponi possent. Quod sine dubio valuit ad spectantes, moræ impatientes, placandos, sed auxilium in breve tempus tulit. Velint nolint, in locum mysterii successit *pageant*, et hoc spectaculum ferme solum usque ad Elizabeth principatum nituit. Tempore autem illo rarum fit et senescit. Tum confugitur, ut spectantes revocentur, non ad opem mysteriorum cantibus insertorum quæ tunc jacent in oblivione, sed ad larvas, profanum genus novis aptius moribus, quæ in scenam restituuntur, vel saltem reducuntur sæpius, etenim, ut opinatur, tum etiam quum *pageants* maxime florerent, nonnunquam agebantur.

[1] Warton, loc. cit, vol. II, p. 19.

CAPUT II

De dramate novo et de iis qui, Marlovio vivo, fabulas scripserunt

Notatum est, et sane notatione dignum est, eo tempore, id est paulo antequam Marlovius primam fabularum suarum in scenam induceret, spectantes, scenicos theatraque exstitisse, fabulas autem defuisse. Dramati novo exoptato, præviso etiam et adumbrato a quibusdam scriptoribus quorum fabulæ rudes tamen et inchoatæ erant, nihil deerat nisi quod scriberetur a litteratis ad illud congruenti forma induendum valentibus. Ii confestim apparuerunt, quorum celeberrimi sunt : Greenus, Peelus, Nash, Lodgius, et qui primas tenet, Marlovius. Illis contigit ut novum drama informaverint prope perfectum, ita ut huic extrema manus viri præstantissimo ingenio præditi sola deesset. Hoc opus consummavit Shakespearus, et ab eo drama novum plane absolutum factum fuit.

Si percipere voles quomodo adoleverit drama novum et intra paucos annos formam quam servavit induerit, animum mittes in ætatem qua natum est, et quæres quibus temporum et locorum adjunctis ortum sit.

Apparet temporibus ad rapida incrementa idoneis. Ab antiqua consuetudine Europenses populi abstracti fuerant pluribus inventis, et ingenia non secus ac mores perturbata erant. Immensæ terræ in obeuntis solis partibus repertæ fuerant; latissimi campi in spem ostentabantur aperti quum pacis, tum militiæ artibus, et illorum prospectus cupiditatem accendebat. Arte typographica, nuper inventa, viri mente sua ab audendum projecti vehementius ad consilia calidiora incitabantur, et exsultabant desipienti arrogantia. Nullis exterrebantur inceptis. Rebus inconsultis et periculosis attrahebantur, nedum repellerentur. Laboris gloriam, non pœnam cogitabant, et in obstantia vehementem faciebant impetum, cujus eventus ad spem sæpius respondit.

Britanni eo magis inceptis aleæ periculosæ plenis illecti fuerunt quod, summi Pontificis Romani imperium recusando, valde imminuerant sacrorum religionem juraque rerum divinarum quæ sola valuissent ad frenos inconsultis injiciendos et ad audaciam incensorum animorum frangendam. Qui animo ita composita erant, ut vitæ suæ gubernandæ inhabiles essent, in nullius disciplinam tradebantur. Qui rempublicam gerebant, aliis impediti negotiis, nequaquam illam refrenabant licentiam. Novarum religionum studiosi, qui *Protestants* dicebantur, victoria potiti erant, nondum autem auctoritate ad summum imperium gerendum necessaria. Nec potestatem tenebant a nullis certatam nec, ut posterius se res habuit, omnium animos sibi conciliaverant. Non iis liberum tempus datum fuerat ad leges ferendas, ad rempublicam ita constituendam ut ea quæ obstabant superarent, et eos qui discordes erant subigerent sub jugum antequam noxii metuendique facti essent.

Elisabeth in hac re tunc laborabat. Sed tantæ molis res erat tantique periculi, ut hæc regina, quamvis ingenio virili prædita, laborem augendi non cupiens esset, supervacanea sibi concitando impedimenta. Re publica et certaminibus pro religionibus suis susceptis, magis distinebatur quam ut controversiæ litteris eruditorum ei magnæ curæ essent. Non ignorabat, prioribus solutis, posteriores nodos parvo labore expediendos esse, et ab iis ipsis qui hos nexuerant. Quamvis non incuriosa esset controversiarum illarum, sæpiusque aperiret sententiam suam, plerumque plurimorum opinioni adversam, attamen sub vincula legis acerrimæ nec scenam, nec libros conjecit, dummodo ii qui scribebant nec reipublicæ, nec religionibus infensi essent.

Donec Britannos Elisabeth rexit, scriptoribus contigit, quod multum litteris profuit, ut tuti essent ab invidia et jurgiis quibus, sæculo sequente, Petrus Cornelius tanta cum injuria a Richelœo (Richelieu) lacessitus fuit. Iis melius evenit quam Gallis scriptoribus; nullis impedimentis inhibiti fuerunt quominus scenam instituerent patriis moribus ingenioque congruentem. Drama novum effectum fuit vi spontanea et opere libero eorum qui fabulas scripserunt et totis virtutibus animum in hanc rem intenderunt.

Rogaverunt quidam, et nunc quærendum est utrum, ut ferunt nonnulli, drama novum e Mysteriis Miraculisque flexu naturæ

rerum congruenti et nullis impedimentis interrupto ortum sit, an, ut contendunt alii, illis nullo modo genitum fuerit, sed quasi spontaneo quodam germinatu surrexerit e ruinis scenæ sacræ, jamdudum vetustate prolapsæ? In medio, ut opinor, stat veritas. Dum efficiebatur transitus, quoddam discidium incidit quo tenor rerum non omnino, sed quibusdam in partibus fractus fuit. Nec tam productum, nec tam altum fuit apud Britannos quam apud Gallos qui tanto græcarum romanarumque litterarum amore correpti fuerunt, ut penitus res a majoribus traditas medii ævi temporibus contempserint, qua contemptione insuperabile factum fuit inter duas ætates intervallum.

Discidium tamen apud Britannos in dubium venire non potest; perspicuum est, antiquissimas enim et maximas rerum a majoribus traditarum, res divinas, lædit. Novarum rerum studiosi non solum non intellexerunt, postquam hoc discidium accidit, sed etiam spreverunt et repudiaverunt, velut vanis et pravis religionibus inquinatas, omnes antiquæ scenæ partes quæ spectabant ad catholicam fidem, id est pleraque Mysteriorum et Miraculorum, quamdam etiam Moralis Fabulæ partem. Præterea inducti fuerunt, quod religionem suam mutaverant, ad obliviscendum, quin etiam ad contemnendum omnia patriorum annalium eventa quæ initium suum trahebant a fide catholica et hujus originis signum indelebile servabant. Iis igitur qui novum drama tentarunt, non concesserunt ut tractarent multos casus, et nonnunquam longas britannicorum annalium ætates ad animos captandos aptissimas.

Sin autem indubitatum est et molestum fuit discidium, scriptores qui novis religionibus favebant omnes alias britannicorum annalium partes animo tamen pleno et acuto comprehenderunt. Studia retinuerunt indolemque patriis litteris idonea. Hæc autem accommodarunt desideriis et opinionibus æqualium. Idcirco opera eorum multis virtutibus naturæ moribusque britannicæ gentis congruunt et manifestam illius notam præferunt. Non abnuo tamen Britannicam scenam non apparere tam simplicem et unam quam grœca est, scriptores enim græci, conatis consensuque quorum ad expletam perfectamque formam artis hæc perducta fuit, nihil curaverunt ab initio usque ad extremam ætatem, nisi quod non solum sensus et mores civium suorum, sed etiam clarissima græcorum annalium eventa effingerent. Propterea quod britannici scriptores a novarum religionum

studiosis prohibebantur ne fabularum argumenta e quibusdam patriarum litterarum partibus haurirent, sæpe materiam, personas etiam animique sensus quodam in modo ex alienis sumpserunt. Quamobrem in periculum venerunt ne uterentur artibus rationibusque moribus et ingenio Britannorum non convenientibus.

Periculum tamen tantum non fuit quantum videri potuisset. Quippe qui sese diligunt et elato sunt animo (et proprium hoc est Britanni), non mores suos flectunt ad alienos, hos autem ad suos. Qui fabulas eo tempore scripserunt, parvi pendentes hanc orationis virtutem, quæ posterius color rebus et locis proprius (couleur locale) dicetur, patriis studiis aptarunt plerasque fabularum quas de externis assumpserunt litteris. Quæ fabulæ, cæterum, non plurimæ sunt. Argumenta tum e veteribus fabulis, tum e patriis annalibus, tum e moribus et e rebus præsentis ætatis ducta, numero æqua, imo frequentiora fuerunt. Hæ fabulæ omni ex parte ingenio britannico convenientes, retinuerunt incolumem et salvam artem genti propriam et impediverunt ne scena alieno genere scribendi fabulas occupata sit. Hujus irruptio eo facilius inhibita fuit, quod ii qui scribebant non deduxerunt exempla quæ sibi ad imitandum proposuerunt solum de veteribus scriptis, vel de patrum narratis memoriæ traditis et tenebris annorum obscuratis. Has antiquas fabulas perspexerunt suis oculis in scenam inductas, et quamvis non agerentur cum apparatu quo medii ævi temporibus ornatæ fuissent, attamen e spectaculis quæ supererant intelligere poterant quomodo prisci ludi instaurati fuissent. Qui fabulas docebant recte igitur animo complexi sunt quid fabulæ sacræ essent, et de illis vera sentientes, accuratius et aptius persecuti sunt vestigia superiorum auctorum quibus scriptæ fuerant, quum eos imitarentur. Propensiores quoque erant ad argumenta ex antiquis fabulis sumenda. Mysteria, Miracula. Morale Carmen, Interludi, spectacula quæ *Pageants* et *Larvæ* dicuntur, quid multa? cunctæ fabularum formæ quæ medio ævo floruerunt permanebant apud Britannos quibus laudi semper datum fuit quod nullo modo a moribus et institutis quæ majores tradiderunt distrahi possint.

Mysteria Miraculaque acta fuerunt, ut dictum est, usque ad ultimos annos sexti decimi P. C. N. sæculi; imo postquam Marlovius, Shakespearus et omnes ejusdem ætatis scriptores

scenicam artem mutaverunt, et drama novum ea forma figurarunt, quam ad ultimum servaturum erat : Cestriæ (*Chester*), usque ad millesimum quingentesimum septuagesimum (1570) P. C. N. annum ; — Coventriæ (*Coventry*), usque ad millesimum quingentesimum nonagesimum primum (1591) ; — Novi Castelli (*Newcastle*), usque ad millesimum quingentesimum nonagesimum octavum (1598). Spectaculæ quæ *pageants* dicuntur pariter pluribus in locis permanserunt, et per totum Elizabeth principatum morales fabulæ actæ fuerunt. Interludi tandem et larvæ eo ipso tempore in summum perducta sunt. Apud gentem britannicam, propterea quod ea gens moribus a majoribus traditis stabilem servat fidem, veteres consuetudines, tum etiam quum mutatæ sunt, novisque depulsæ, non totæ labuntur. Quamvis ad metas dati ævi pervenerint, quosdam retinent studiosos a quibus tenaciter observantur interdumque renovantur. Quæ tali modo supersunt, vestigia sunt quæ nos commonent ea quæ præterierunt exstitisse. Memoriam revocant ad arbores semimortuas, quæ in sylvis humano pede intactis vitam prolatant prope frutices jam validos, stirpe sua regerminatos, et interdum raram exilemque frondem inducunt.

Ab illis pervagatis et obsoletis generibus quæ torpebant, debilibus vitæ reliquiis vix animata, Marlovius et ejus æquales ætate assumpserunt præcipua novi dramatis elementa. Ab iis qui Mysteria Miraculaque scripserunt, morem acceperunt ita fingendi omnia fabulæ eventa scenicis picturis vestibusque et comœdorum gestibus et verbis, ut res, in scenis acta, tota ante spectantium oculos ponatur. Dum in tragœdia res narrantur et animi motus, limati et emundati, solerter et subtiliter dispiciuntur, in dramate novo aguntur et promiscue agitantur. Nec præcipua eventa in postscenium relegantur, nec personæ expectant, ad seipsas movendas, donec intro vel foras eant, aut motus dialogo postulentur. Sine ulla intermissione scriptores eventorum numerum et nodos augent ; at nullo modo laborant ut illa inter se cohæreant et quam maxime veri similia efficiant. In fabulas inserunt cuncta quæ in has insinuare possunt, et ab initio usque ad finem spectantes per tantos rerum motus et æstus trahunt, ut meditandi de eventis quæ aguntur iis facultatem non relinquant. Has artes non solum e Mysteriis Miraculisque ducunt et in rem suam convertunt. Alia quoque de priscis fabulis sumunt exempla. Tragicis rebus comicas miscent,

amplumque concedunt locum mimicis jocis et facetiis quæ fabulæ non religantur, nisi filo tam tenui ut sæpe sub oculos vix cadat.

Duabus illis notis drama novum insigne est, et utraque inferioris indicium est artis, quæ accommodata fuit ad studia et intellectum populi inculti et moribus feræ agrestisque vitæ non in totum soluti. Hos populos, re ipsa, non juvant fabulæ quæ, sicut tragædiæ mos est, multo magis mentem attentam tenent quam sensus excitant. Necessitate res considerandi, quum in partes subtiliter divisæ sunt, obtunduntur, et personarum acutissima et nimium elaborata colloquia non pluris faciunt. Ut ludis faveant, necesse est tanto labore leventur, et non inviti cogantur intento animo fabulam audire. Ut moveantur, opus est immodicis animi perturbationibus, clamoribus, lacrymis, cunctisque furoribus quibus se tradunt homines quum insania libidinum vehementer incenduntur. Exsecrationibus, minis, necibus, spectaculo sanguinis pulpitum respergentis delectantur.

Esset tamen magni periculi res, non iis edere alia spectacula. Quamvis ea quæ sunt a sensu tradita percipiant acriter, et scilicet quod facile est sensus talium hominum vehementer commovere, omnibus hujuscemodi affectibus solum in breve tempus incitantur. Animus eorum, quum generosa virtute vel miseratione rapitur, sine dubio usque ad dignitatem rerum tragicarum aliquando se extollere potest. Sed in majorem cor poris servitutem redacti sunt quam ut animus longe prævaleat. A jugis in quæ mente sublati sunt brevi recumberent, si fabulæ scriptor non eos e tanto fastigio detraheret ipse, et nervos exacerbatos non mulceret. Hoc autem ad efficiendum non suppeditaret medium inter actus intervallum. Soluti risus necessarii sunt si in animo est mentes ex sua sede demotas in statum æquum reducere et deinde novis concitare motibus. Tanta est ea necessitas mutandi affectus sensibus impressos, et oblectandi sensus ipsos, præsertim oculos, ut quidam, hoc consilio ut fabula in intelligentiam facilius cadat, et lacunæ scenicarum picturarum, quæ frequenter ad res depingendas infirmæ erant, expleantur, medios inter actus anteponant pantomimum *pageant* imitantem, quo præcipui sequentis actus nodi finguntur.

Quod de morali carmine drama novum arripuit, non tanti momenti est et ponderis, attamen manifestum. Ex illo accepit

scenas vere comicas quas nonnulli scriptores interdum in fabulas suas inseverunt, et scientiam mores describendi et sensus animi accurate notandi, quæ eo frequentiores fiunt quo humaniores sunt spectantes et fabulæ diligentius elaboratæ. Artes moralis carminis adhuc imitati sunt ii qui drama novum scripserunt, quum tentarunt ut spectantes admonerent eventis rei et personarum moribus, et hæc consilia præceptaque in lucem proferrent fabulam peragendo. Cæterum ex interludis et larvis, quemadmodum e comica veterum fabularum parte permulta ceperunt exempla quum satiræ quæ vitia castigat, tum scurrilis generis, ita ut nulla cura impedirentur quominus eamdem viam sequerentur, excepta ea quod inter tot argumenta eligere arduum erat.

E commenticiis fabulis quæ commemorant res medio ævo excellenter gestas ab Equitibus (Chevaliers) et e quibus multæ fabulæ in scenam actæ excerptæ sunt, sumpserunt et insolitos mirificosque argumenti casus, et excelsum animum generosaque proposita a personis ostentata, et tanto in majus elata ut plerumque in inflatum et ridiculum dicendi genus, et in insanam verborum jactantiam desinant.

Quamvis omni ex parte drama novum a tragœdia multo magis quam a cæteris fabularum generibus absit, quasdam tamen res ex illa excerpsit. Ætate cui Litterarum Renovatio (*Renaissance*) nomen, artisque typographicæ auxilio, studium litterarum græcarum romanarumque maximo in incremento fuit, et scriptores qui drama novum pepererunt eruditi erant qui litteras illas cognoverunt et amarunt. Hæc itaque e tragœdia excerpta plerumque optime et ut res postulabat, in drama novum transtulerunt. Perceperunt quidem quod ad rem et ad tempus aptum erat multo sagacius quam ii qui scriptores priscos imitantes, curam susceperunt ut antiquam tragœdiam in Britanniam traducerent, quod fieri non poterat. Omnia in suum converterunt quæ arbitrabantur futura esse grata civibus suis, sæpe translationibus illis adversis : animi et sermonis excelsitatem, generosas sententias, notitiam, nisi servationem præcepti quo monemur ut, expectatio erigenda sit argumento simplici et uno, quæ unitas ad scenam sola necessaria est, intelligentiam perfectiorem modi in rebus et convenientiæ partium, denique morem, quum cogitata, tum affectus generatim amplectendi et explicandi verbis quibus clara fiant omnium ætatum et omnium

gentium hominibus, quod abstracto habitu induantur. Cujus artis, ad efficiendum opus notatione dignum et mansurum necessariæ, inscii erant qui medio ævo Mysteria Miraculaque scribebant. Res tali modo sumptæ præsertim reperiuntur in seriis vel tragicis britannicarum fabularum partibus, et eo felicius et frequentius in eas translatæ fuerunt quo drama magis adolevit et scriptores ingenio magis ad hoc opus idoneo præditi fuerunt. Translationum illarum optima plurimaque exempla apud Marlovium et Shakespearum occurrunt. Iidem usi sunt præterea quibusdam sententiarum et verborum figuris quas duxerunt e fabulis narrantibus res a Diis et ab heroibus græcis romanisque gestas, et quarum usus, quamvis pugnet cum rei argumento, sæpe recentissimo, non legentium mentem et judicium offendit, viri enim fuerunt divino spiritu afflati, et bene dicendi scientia vitia illius sermonis insoliti et non verisimilis obumbraverunt.

Qui drama scripserunt, ex italicis et gallicis litteris quæ tunc multo maturiores et fecundiores britannicis erant, assumpserunt tandem exempla quibus ducti non processerunt tam prospere quam quum optima romanorum græcorumque scriptorum opera imitarentur. Etenim in Gallorum et Italorum narratis non modo fabularum argumenta ad delectationem lectoris apta et res tragicas quæsiverunt; tentarunt quoque ut in suum verterent quædam sentiendi scribendique genera tum apud illas gentes prævalentia et aliquando meliora non elegerunt.

Eodem tempore quo res ad spectantes delectandos idoneas ii præsertim capiebant ex insolitis et luctuosis eventis quæ libidinibus effrenatis gignuntur, quod in his collectaneis fabulis præcipue argumenta mira tragicaque perquirebant, alii, velut Lilius (Lily), in Britanniam invehebant pravas scribendi formas quæ in italicas litteras instillatæ erant, et quibus nec Ariostus, nec Tassus ipsi soluti fuerunt. Quas formas ita coluerunt et auxerunt ut ex illis genus fugitivum et fictum composuerint, cui *Euphuismus* nomen et de quo longius disseram.

Attamen in his versuris ab alienis operibus vel sermonibus factis, plerumque nil meditatum et cogitatum erat. Nonnunquam etiam nil, ut ita dicam, conscium, nam qui sumebant credebant se creare, et sumpta putabant ab ipsis inventa fuisse. Quum etiam conscii mutuarentur, neque proposito consilio, neque rationi cuidam parebant. Quam plurimum vias jam a

superioribus ætate tentatas sequebantur, quod ii qui has inierant feliciter processerant. Ad res eligendas impellebantur præsenti necessitate vel fecundo ingenio nihil unquam nisi arbitrio suo facienti, et quum has eligerent, studiis quæ vigebant et natura sua regebantur. Undique venabantur res quæ spectantes allicere poterant, quas repertas in fabulas suas inserebant. Ab his inceptis indesinenter repetitis, ab illis diversis elementis in unum consociatis, genus suum duxit drama novum, quum scriptores illis conjungendis et permiscendis pares apparuerunt. Marlovii et Shakespeari id fuit præcipuum opus.

Quum prima novi dramatis elementa in hunc modum et undique perquirerent, britannici scriptores gentis suæ morem gerebant, simul ac naturam suam habebant ducem. Tainus (*H. Taine*) jure notavit, vim imagines cogitatione fingendi insignem fuisse eorum virtutem. Non solum in intellectu meditabantur dramatis eventa nodosque, sed etiam hæc effingebant cogitatione in ingenio suo, et, ut ita dicam, ante animi oculos ponebant. Hæc talia conspiciebant in scenam qualia a scenicis actura erant, et quia res eo modo concipiebant, motu fere necessario inclinabant amplius ad nodos fabulæ nectendos solvendosque quam ad animi sensus subtiliter dispiciendos et verbis explicandos. Unde quoque factum est ut operibus suis induerint formam ad spectantium delectationem aptissimam. Plerique meri fuerunt Britanni, id est viri vehementis tristisque indolis, atræ quorum assuetæque bili interpositi fuerunt hilares impetus per quos ad res insanissimas et insolentissimas propensi erant. Cæterum horum animi leves et inquietes in generis unius angustiis se continere non potuissent. Postquam spectantes sævæ tragœdiæ affectibus agitaverant, iis opus erat non solum istos, se autem ipsos recreare nonnullis scurrilibus scenis quibus relaxabant nervos antequam res tragicas iterum agerent. Si non traditus fuisset a majoribus mos comicas rationes tragicis miscendi, hunc sane invenissent.

Dixi hos scriptores præditos fuisse violento animo vehementique ingenio quæ genti suæ natura tributa fuerant. Vitia illa multo magis insignia fuerunt in iis quam in reliquis civibus, propter solutum turbatumque reipublicæ statum quo tam acriter moti mutatique fuerant quam qui maxime. Nulla supererat religionum et morum disciplina. Delebatur catholicæ religionis imperium, et auctoritas religionis quæ *réformée* dicitur et

priori successura erat, nondum firmiter constituta fuerat, unde fiebat ut mentes et animi nullis certis legibus parerent. Præterea, quum religio et mores a patribus tradita derelicta jacerent, græcæ latinæque litteræ in summam reverentiam ab eruditis restitutæ, lenociniis suis illorum animos corruperunt et licentiam consummaverunt jam immodicam. Quapropter multi scriptores, ii præsertim qui juvenes erant et ingenio fervido effrenataque natura in libidinum intemperantiam inducti, harum insidiis capti fuerunt. Veterum vitiis, non virtutibus deleniti, pagani facti sunt, non solum ingenio, sed etiam moribus. Se in flagitia ingurgitarunt, vitamque suam lugenda cum diligentia accommodarunt ad religiones suas, si quidem religio nominari possit doctrina qua omnes divini cultus, omnesque bene vivendi rationes respuantur. Nec tamen, ut opinatur Tainus, ad tantam licentiam modo impulsi sunt naturæ legibus vel indole in animis nostris insita, ingenio autem cujus innatæ mendæ in immoderata vitia conversæ fuerant præceptis et exemplis ganeonum Londiniensium turpissimis stupris deditorum.

Ex illo mentis habitu qui, non iis proprius, in omnibus hujus ætatis hominibus plus minus eminebat, secutum est ut cum æqualibus suis plures habuerint sensus communes, quorum ope ad plausus populi movendos pervenerunt. Quum sensus illos exprimerent, quæcumque erant res quas secum volvebant, spectantium animos penitus excitabant. Quum vehementes cupiditatum impetus quæ genti suæ peculiares sunt, ad summum tollerent, res intuentibus nec mira videbatur, nec aures eorum offendebat. Nullus erat inter æquales qui, nec eosdem libidinum motus percepisset, nec terribiles casus quos edunt vidisset. Quum ii qui fabulas scribebant suo animo effrenato sollicitarentur ad omnes vias ineundas et ad argumenta ex auctoribus omnium gentium vel ætatum ducenda, vitio gentis et ætatis suæ se dedebant. Proprium hoc est gentium quæ ruperunt vincula legum a majoribus traditarum nescire unde sacra sument vitæque disciplinam, et omnia itinera tentare. Hæc tentamenta levant, nedum vexent, gentes his motibus turbatas, quoddam enim animi studium explent : ignotarum rerum sitim quæ homines præsentibus gravatos sortisque futuræ nescios cruciat. Tum etiam quum ii qui fabulas scribebant maxima cum impudentia oppugnarent omnia quæ a

cunctis colerentur, si paulummodo pax et leges in republica vigerent, spectantes non terrebantur, identidem etiam de re læti erant. Homines enim, quum a consuetudine sua distracti sunt verso morum et civitatis statu, res inconsulte gestas amant et quærunt. Sperant eos qui audacius res aggrediuntur et perquirunt, detracturos esse vela quæ rerum nodos et exitus occultant et quæ latent abdite, in lumen prolaturos esse. Pariter, eademque causa, quum plerique scriptores falso genere quod Emphuismus dicitur decepti fuerunt, hoc mentis errore vulgus corruptum fuit. Ambitiosam et nimis exquisitam in scribendo jactantiam quæ prævalebat apud Italos existimabat urbanitatis et leporis summum esse. Qui fabulas scribebant votis opinionique populi arctius adhuc respondebant, quum in scenam transferrent palpitantia, ut ita dicam, et casus miserabiles et facinora, fabulisque hujus generis pravas cupidines videndi et cognoscendi res atroces satiarent.

Clarius taudem videbis quibus vinculis strictis, quibus sensibus alte convenientibus ii qui drama scribebant illis qui assidue in theatra veniebant juncti fuerunt, si diligenter inspexeris quomodo priores ætatem suam agerent, et quanti fuerint momenti modus vivendi moresque eorum quum opera scriberent.

« Presque tous, inquit Tainus, sont des bohèmes nés dans le peuple, instruits pourtant, et le plus souvent élèves d'Oxford ou de Cambridge, mais pauvres, en sorte que leur éducation contraste avec leur état... Beaucoup sont des viveurs, des viveurs tristes, sortes de Musset et de Mürger qui s'abandonnent et s'étourdissent, capables des rêves les plus poétiques et les plus purs, des attendrissements les plus délicats et les plus touchants, et qui néanmoins ne savent que miner leur santé et gâter leur gloire. Tels sont Nash, Decker et Greene ; Nash, satirique fantaisiste qui « abusa de son talent et conspira en prodigue contre les bonnes heures ; » Decker, qui passa trois ans dans la prison du Banc du Roi ; Greene surtout, charmant esprit, riche, gracieux, qui se perdit à plaisir, confessant ses vices publiquement avec des larmes, et un instant après s'y replongeant. Ce sont tous des hommes-filles, vraies courtisanes de mœurs, de corps ou de cœur [1]. »

[1] Histoire de la Littérature anglaise, par H. Taine, Paris, Hachette, 1863, 4 vol. in-8°, t. I, pages 447 et 450.

Quibus Peelus nonnullique addi possunt.

Primum quo te vertas nescies si fabulas eorum qui drama scripserunt perspicies. Fontibus plurimis et aliquando tam diversis hæ fabulæ haustæ sunt, ut non confestim deprehendantur communes formæ quibus quædam inter se cohæreant. Rerum autem perturbatus ordo, qui videtur inexplicabilis, tenet externas, non internas fabularum partes. Quamvis is qui scripsit ex omnibus disciplinæ vinculis se exuerit, super tamen fuerunt, præsertim in fabulis, quædam necessitudines quibus constrictus fuit et regulæ quas, velit nolit, servavit quod, hæc si abrupisset, obscura ant absurda fabula facta fuisset. Quæ tam præpotentes sunt ut servitutem suam injungant iis ipsis qui persuasissimum habent se ab illis relaxavisse, et si diligenter inspexeris fabulas illas, tam vehementer licenterque scriptas, in his agnosces non solum elementa communia, e quibus drama novum profecturum erat, sed etiam singularia signa quibus data fuit potestas illas diducendi in genera clare distincta. A fabula quæ proprie vereque drama dicitur, quod insignis est argumenti sui genere, et tragœdiæ proxima excelsis generosisque sensibus quos movet, et multis partibus eximiis, disjuncta fuit fabula *Chronicle-Play* nominata, quæ præcipue orta est e Miraculis. Ponit enim ante spectantium oculos, non casum unum vel singula eventa, potissimum autem seriem rerum notatione dignarum quæ rege quodam regnante obortæ sunt, vel traditæ fuerunt fabula quum vulgari, tum commentitia facta egregie ab equitibus medio ævo gesta memorante. Nonnunquam quoque insignia facta clarorum virorum ant heroum explicat. A duobus generibus illis segregata quoque fuerunt et proxime, inferius autem, iis apponenda sunt genera *Domestic Tragedy* et *Tragedy of Blood* dicta, quæ inter se multis partibus concurrentia, in unum sæpe miscentur, et, ut verum dicam, non alia sunt ac formæ antiquissimæ fabularum quibus *melodrame* nomen apud recentiores.

Genera illa, quæcumque est fabula in scenam inducta, eodem studio iisdemque clamoribus excipiebantur. Si, vel paululum, is qui scribebat calleret in rebus agendis et in animi motibus qui spectantes inflammabant exprimendis, certa erat fabulæ prospera fortuna. Illorum temporum æquales non minus quam eorum majores spectaculis delectabantur. Fabulæ autem non

actæ fuerunt in profanis theatris splendido cum apparatu quondam prolato quum Mysteriorum et *Pageants* ludi ederentur. Nec vagantes scenici, nec etiam locupletes mancipes qui theatra regebant aurum tam copiose largiri potuerunt quam potentia mercatorum et operariorum collegia quæ medio ævo vigebant. Nihil primis scenicis profanæ fabulæ ludis simplicius et nudius fuit. Quod ædificia ad scenicorum usum nec exstructa, nec aptata fuerant, res in diversissimis locis agebantur, frequentius tamen cauponarum in aulis. Tabulæ innixæ fulmentis mensæ parietique applicatæ pro pulpito erant. Quibus subjecta spectantium turba plus minus anguste super aulæ pavimentum stabat. Proceres autem sedebant in mœnianis quæ primo et nonnunquam secundo tabulato prominebant, et in quibus locus servabatur musicis. In cœnaculis quorum fores aditum aperiebant in mæniana, manebant matronæ quæ segregare se a cæteris desiderabant, vel juvenes bibere et inter se colloqui cupientes dum res ageretur. Denique partem mœnianorum scenæ superpositam usurpabant scenici, quum res postularet, illamque ad pergulæ, parietis vel mœniorum similitudinem configurabant.

Tali modo actæ sunt a scenicis qui arte sæpe non amplius eminebant quam pulpitum nitebat apparatu, primæ britannicæ fabulæ e quibus drama novum ortum est. Theatra autem brevi exstructa sunt, Londiniique extremis annis sexti decimi P. C. N. sæculi numero plurima fieri cœperunt. Nec composita, nec exornata fuerunt ea cum arte quæ ætate nostra exprompta est. Attamen neque tam humilia, neque tam rudia quam dictum est fuerunt. Scenicorum etiam vestes quodam splendore nitebant, et si pulpitum non amplius ornatum fuit, si scenicæ picturæ, vix adumbratæ, non verisimiliores plerumque fuerunt, hujus rei culpa non conferenda est in spectantium negligentiam aut in egestatem vel in parsimoniam eorum qui theatra ducebant, sed in hunc morem qui tunc apud Britannos sicut apud Gallos incesserat, ut nobiles divitesque juvenes in scenam intromitterentur. A profanis illis, quorum tumultuosa colloquia effusique cachinni molestiora adhuc erant quam magnus numerus, scenici continuo turbabantur quum et fabulam agerent et dicerent. Qui pulpiti ornamenta machinasque movebant prohibebantur ne picturas scenicas subito mutarent, nec amplius

uti quibant machinalis scientiæ artibus, quæ magnopere adjuvant ad intuentes gratissimis vel oculorum, vel mentis erroribus fallendos et movendos. Toto actu, interdum etiam toto spectaculo, iis non liberum erat, nisi minimò nulliusque ponderis modo, scenicas flectere vel mutare picturas. Hoc impedimentum non molestissimum erat iis qui scribebant tragœdium vel comœdiam quæ *classiques* dicuntur quod res harum fabularum agitur tota in publicis locis, ut in foro vel in vestibulo, et plerumque e personarum colloquiis et narratis in totum constat; gravissimum autem fuit iis qui drama novum docebant. Rerum enim imagines quæ scenicis picturis finguntur in hoc fabularum genere sæpissime mutantur; quin etiam toties imaginum prospectus mutandus est quoties fabulæ vehemens processus vel nodi mutationem illam postulant, et hac servitute, britannica scena uno ex incitamentis quæ prævalide alliciunt intuentes spoliabatur. Majores plausus fabulis non semel excitati essent si mora illa non obstitisset, qua multo magis scriptores impediti essent, si spectantes, parvo contenti, vi res animo fingendi non id explevissent quod pulpiti ornamentis scenicisque picturis deerat. Qui theatra regebant, si eo modo non inhibiti fuissent, prope summum perduxissent, ut verisimile est, scenicas picturas et machinarum artem. Postremis enim in Mysteriorum ludis et in larvarum spectaculis tunc frequentissime in aula regia editis, artes illæ, iisdem impedimentis non obstantibus, maxime jam accreverant. Insuper, quoniam intuentes spectacula illa adamabant, quod manifestum faciunt pantomimi medios inter actus prolati, quibus ii qui theatra ducebant enitebantur ut scenicarum picturarum lacunam explerent, plausibus suis sine dubio progressus illarum artium properavissent.

Superiori capite reddita fuit ratio quemadmodum, sine magno certamine, drama novum fabulas ad veterum exemplar scriptas præcesserit, et tragœdiam comœdiamque in inferiorem rejecerit locum. Antequam excesserit prælio, comœdia tamen prospero fortunæ flatu sublata est, et in maxima fuit gratia, non apud populum, verum apud homines non illitteratos. In hoc fastigium provecta fuit a Lilio qui auctoritatem conciliavit ambitiosæ putidæque in loquendo jactantiæ, simillimæ nimis exquisito sermoni quo usæ sunt matronæ quæ domum cui

l'*Hôtel de Rambouillet* nomen celebrabant. Hoc dicendi genus, Euphuismus vocatum, e commenticia fabula quæ Euphues inscribitur nomen et auctoritatem cepit (1579). Lilius, qui fabulam illam scripsit, vir erat severam vitam cum animo mollissimo conjungens. Non concedebat hominibus ut in amorem inciderent nisi cupidines suas mundassent, expletam perfectamque speciem non corporis, sed animi appetendo. Ut libidines refrenaret, non satis habebat has crassis immodicisque sensibus exuere. Unam illam amantibus dabat licentiam, ut affectus declararent generosa virtute vel exquisito pudore præstantes. Postulabat præter hæc ut ea quæ sentiebant venustissimis verborum leporibus ornarent. Sensus autem et sermonem sumpsit ex italicis scriptoribus quorum sentiendi dicendique genus ambitiosa jactantia corruptum erat, vel ex commenticiis fabulis medio ævo scriptis et eodem vitio immoderatius adhuc inquinatis.

His exemplis ita deceptus fuit, ut sententiarum et verborum elegantiam justo mundiorem captaverit. Adeo putidi sermonis prædulcia appetivit, ut opera sua frigida ridiculaque facta sint. Alfredus Mezierus verissime dixit et legimus in solerti et arguto judicio ejus de genere cui Euphuismus nomen, Lilii fabulam studiis convenisse valentibus inter hujus temporis litteratos. Apud omnes in maxima fuit gratia. Inter manus eorum qui novos libros legebant non versabatur opus, nisi eodem modo scriptum esset. Quo sermone Lilius ipse usus est comœdias scribendo quas composuit postquam aliquid muneris in aula sustinuit et quarum pleræque in Reginæ conspectu actæ fuerunt.

Attamen hoc fugax et inane Euphuismi studium nunquam in animos populi penitus influit. In gratiam et favorem multitudinis Lilius solum venerat quod dramata haud spernenda desiderabantur. Statim ut primis inchoatis ac rudibus dramatibus fabulæ perfectiores successerint, Lilius et opera ejus in oblivionem venerunt. Quod sine mora incidit quum apparuerunt ii fabularum scriptores qui proximi ante Shakespearum sunt, et inter quos ingenio maximo Marlovius nitet et clarent, languidius tamen, Peelus, Nash, Greenus et Lodgius. Judicii autem vitia ægre plerumque reciduntur, et Euphuismus viro superstes fuit a quo originem suam acceperat. Si non diutius

eo usi sunt scriptores quum opera sua excogitarent et formarent, attamen multo longius valuit apud eos quum sententias et verba eligerent. Reperitur etiam, apud fabulas scriptorum qui magnopere laboraverunt ad illum evellendum, et quamvis hæc inter se pugnent, horum repugnantia cum humana natura magis congruit quam ut miranda sit. E fabulis actis per viginti postremos annos sexti decimi P. C. N. sæculi paucissimas invenies vitio illo non inquinatas. Apud nonnullas reperies etiam scenas in totum ea dicendi forma pollutas. Imo, quidam e scriptoribus qui Euphuismo adversi fuerunt, Peelus et Nash, verbi gratia, antequam tentarent quid in dramate novo possent, comœdias ad Lilii normam composuerunt. Huic vitio Shakespearus ipse in juventute sua ample indulsit.

Novum autem drama intra brevissimum tempus hoc alieno liberatum fuit onere, quo cæterum nunquam præter modum gravatum fuerat. Quo perfectius fiebat, eo magis hac inutili sarcina levabatur. Iisdem temporibus, præter hæc, mira cum celeritate adolevit, et in eam erectum fuit altitudinem ex qua a Shakespearo ad summum perductum fuit. Tum intervenit, ut ita dicam, splendida diffusio fabularum quæ quidem non absolntæ sunt, — etenim cum properantia et vehementia nimia componuntnr, aut contra leges scribendi artis et disciplinæ, etiam pernecessarias, — elaborantur autem a viris in litteris valentibus, nonnunquam etiam summo ingenio præditis. Peelus dat *The Battle of Alcazar*, *The Famous Chronicle of King Edouard the First*, et *The Love of King David and fair Bethsabe*; Greenus, *the History of Orlando Furioso*, *The Honourable History of friar Bacon and friar Bungay*, *Scottish History of James the Four slain at Flodden*; *George a Greene, the Pinner of Wakefield*, *The comical History of Alphonsus, King of Aragon*; Thomas Kydus, *Hieronymo* et *The Spanish Tragedy*, quæ fabula tam plauditur quam quæ maxime, Thomas Lodgius, *Marius et Sylla*; Thomas Nash, *Dido, Queen of Carthage*. Illorum proximi, tanta autem arte non excellentes, Henricus Chettelus (Henry Chettle), Anthonius Mundaius (Anthony Munday), Robertus Witsonius (Robert Witson) scenam quoque tenent. Multas docent fabulas quorum secunda fortuna, quamvis fugitiva, favorem nonnunquam pensat dramatum ab æmulis callidioribus vel præstan-

tiore ingenio præditis scriptorum. Marlovius tandem, intra paucos brevioris ætatis annos, in scenam inducit tres vel quatuor fabulas quæ ei proximum a Shakespearo locum attribuunt, et quibus contigit hæc fortuna, propria operibus ingenio vere afflato compositis, ut in exemplum assumptæ fuerint ab iis qui eodem tempore dramata scripserunt. Mihi in animo est penitus introspicere in fabulas illas, quas in posterum ponderibus artis examinare tentabo. Antequam autem scripta perpendam, de scriptore sermo erit, priores enim si perfecte optas mente complecti, necesse est ut posterioris certam notionem jam habeas.

CAPUT III

De Marlovii vita.

Marlovius ætate Shakespearum antecessit, paululum autem, duobus enim mensibus major fuit. Anno P. C. N. millesimo quingentesimo sexagesimo quarto (1564), ante diem quintum Calendas Martias (*24 février*), si creduntur acta publica parochialis ecclesiæ quæ Sancto Georgio martyri Duroverni (*Cantorbéry*) dedicata est, Christophorus, Johannis Marlovii[1] filius, baptizatus fuit, et acta publica servata in ecclesia parochiali oppiduli quod amnen Avonem tangit et Strattfordus dicitur, referunt Gulielmum, Johannis Shakespeari filium, duobus post mensibus, eodem Aprili die, baptizatum fuisse. Hi pueri, humili loco nati, drama novum parituri erant, et quum prior immatura morte præreptus fuit, posterior qui scenam ætate major aggressus erat, opus interruptum repetivit, et illud novum fabulæ genus, cujus Marlovius futuram imaginem pulcherrime adumbraverat, sustulit ad expletissimam perfectissimamque formam quam etiam nunc induerit.

Teste quodam probroso carmine, quo Marlovii fama lacessita fuit et de quo ulterius disseram, Johannes Marlovius, Christophori pater, mercaturas faciebat[2]. Quo vero mercaturæ genere negotiaretur, longo spatio latuit. In lucem prolatæ fuerunt tandem duæ notæ, litteris antiquissimis et obscuris inscriptæ in duorum margine librorum pluribus annis postquam Christophorus mortuus fuit editorum, et quibus fertur Johannes, Christophori pater, sutor fuisse. Altera, his enuntiata verbis :

[1] Æquales temporibus illis scriptores per litteras diversissimas nomen ejus efferunt. Non solum scribunt Marlowe, sed etiam : Marlo, Marloe, Marlow, Marlen, Marly, Marley, Marlye. Doctor Inglebius (Ingleby) de Shakespeari vita et operibus tractando, dixit : « *There was no such thing as the orthography or the correct spelling of a man's name* » (*Shakespeare, The man and the Book, part. i, ch. i*).

[2] Had he been brought up to the trade
His father follow'd still...

Marlowe, a shoe makers sonne of Cant[erbury], antiquior est et reperta fuit apud quoddam volumen operis « Theatre of God's Judgements » inscripti, et anno P. C. N. millesimo quingentesimo nonagesimo octavo (1598) editi. Altera, simillima verbis : *His father was a shoemaker in Canterbury*, inventa fuit in margine voluminis « Hero and Leander » inscripti, et anno P. C. N. millesimo sexcentesimo vicesimo nono (1629) editi, quod volumen anno millesimo octingentesimo septuagesimo (1870) Paynus Collierus in bibliotheca sua servabat.

Sed quod compertum habemus multas hujuscemodi notas falsas esse, his testimoniis fidem adjungere mihi non licitum esset nisi certioribus documentis confirmarentur. Johannes Baptistus Sheppardus qui Duroverni tabularium episcopalis templi tuendum habet (*Keeper of the Records*), misit Bulleno qui nuperrime Marloviana opera doctissime edidit, loca e rationibus ærarii sacri electa, quibus res declaratur. Quæ loca pertinent ad quosdam Marlovii affines, in cives coaptatos.

« There is, inquit Bullenus, an entry dated 26th april 1593 : « Joh. Marlowe's apprentice (shoemaker), Will. Hewes admitted ; » another dated 29th January 1594, « Joh. Crauforde Shoem^{r} admitted ; mar. Anna d. of Joh. Marlowe Shoem^{r}; » and a third, dated 28th september 1594, « Thom. Graddell, Vintner, mar. Dorothy d. of John Marlowe Shoem^{r} (admitted). »

Qui Durovernensis civis tabernam exercentis alumnus fiebat, vel ejus filiam in matrimonium ducebat, civitatem consequebatur [1].

Invenerunt quidam, præter hæc, publica inspiciendo acta ecclesiæ sancto Georgio martyri dedicatæ Christophorum Marlovium secundum fuisse e liberis patris sui, qui sex filios et et tres filias genuerit, et filiorum natu maximum. Ex aliis locis earumdem tabularum illud quoque consequitur, ut quidam Johannes Marlovius, scriptoris aut frater, aut pater [2] in ecclesia Sanctæ Mariæ dedicata, munus clerici sustinuerit et sepultus fuerit anno millesimo sexcentesimo quarto (1604), ante diem

[1] The works of Christopher Marlowe, edited by A. H. Bullen, B. A. in three vol., John C. Nimmo. MDCCCLXXXV in-8° vol. I, p. x.

[2] 1569. The 20th. day of August was christened John the sonne of John Marlow.

sextum Calendas Februarias (26 janvier) [1]. Si de patre agitur, super novem annos filium vita superavit.

Non ampliora sunt indicia collecta de parentibus et de prima adolescentia ejus, quod tibi non mirum videbitur, si cogitaveris super ducentos annos opera Marlovii et cunctorum ejus æqualium qui fabulas scripserunt, ita in oblivione jacuisse ut eorum nomina ipsa omnes, paucos præter eruditos, ignorarent. E fabulis auctorum qui Shakespearo majores vel ejus æquales ætate fuerunt, Châteaubriant, quum opusculum suum de Britannica poesi scripsit, nullas cognoscebat, nisi fabulas *Gordobuc* et *Gammer Gurton's Needle* inscriptas, quarum prior a Sackvillo data fuit, id est inchoata ac rudia opera. Qua inscitia, ad sententiam manifesto falsam deductus fuit, quum confirmavit summum Britannicum poetam, Shakespearum, generis quod drama novum dicitur primum et solum auctorem fuisse. Britanni ipsi de his vetustis scriptis solum circa millesimum octingentesimum vicesimum (1820) annum P. C. N. curaverunt, et Villemanus (*Villemain*) inter primos, forte primus, res ab iis inventas justa pensavit æstimatione quum de illis judicavit in præclaro opusculo quod « Doctorum Diarium » edidit [2].

Indicia quæ testantur Marlovium vixisse et scripsisse paucissima sunt. Vocata fuerunt e tenebris in lucem indagationibus abhinc institutis et animo percipies sine dubio quibus objicibus ii qui primi materiam inquisiverunt fuerunt impediti, quum, duobus post sæculis, tentaverint ut seriem rerum, vetustate ruptam, ordine disponerent. Eorum principes, Paynus Collierus et Alexander Dycius (Alexander Dyce) qui perfectissime Marlovii fabulas edidit, ita tamen collegerunt documenta, ut facile, his juvantibus, speciem brevis, impacatæ autem et tragicæ vitæ ejus tibi fingas. Cujus vitæ initia tamen tam quieta fuerunt quam postremi anni perturbati.

Durovernum (Cantorbery), ut Oxonia (Oxford), inter urbes Britannorum notatione dignas numeratur, et in nulla forte memoria et mores patrum fidelius servantur. Peculiarem speciem sexto decimo P. C. N. sæculo apertius adhuc quam hodierno die præferebat, quum monumenta sua non vastata

[1] 1604. John Marloe, clare of Ste Maries was buried ye 26th. of January.
[2] *Journal des Savants*, année 1856.

essent civilibus bellis. In hac quieta urbe, tectus, ut ita dicam, umbra monumentorum quæ majorum munificentia et religione exstructa fuerant, Marlovius pueriles et primos juveniles annos gessit. Dum habitabat in hac sede pacata, animus ejus alte imbutus fuit affectibus, quorum imago quædam redditur multis operum suorum partibus; perfusus fuit præsertim sensibus tristitiæ et tacitæ mollisque cogitationis longe ac mire disparibus, oppositis etiam vehementi et immodico menti ejus et intemperantiæ libidinum quarum vim effrenatam libenter oratione reddebat. Duroverni invenit rem præoptandam : scholas quæ inter alios Britannicarum civitatum ludos longe præstabant. Beneficio donorum quæ majores testamento reliquerant, antiquæ episcopales urbes scholis abundabant quarum magistri sacerdotes erant in omni liberali doctrina cultiores quam reliqui clerici. In quadam e scholis illis, cui nomen Ludus regius [1], Marlovius, fervido præmaturoque ingenio præditus, primas didicit litteras. Dycius rem manifestam fecit impetrando, operose quidem, edendoque exemplum loci e sumptuariis rationibus dispensatoris excerpti, quo dicitur Marlovius in hoc ludo informatus fuisse per scholasticum annum qui computatur a feriis sancti Michaelis anno millesimo quingentesimo septuagesimo octavo (1578) usque ad eumdem diem anni sequentis. In hac sententia Dycius est. Bullenus autem, qui rem diligentius perquisivisse videtur, existimat Marlovium in ludo solum tria postrema ejusdem scholastici anni trimestria spatia constitisse. Marlovii præterea nomen non inventum est apud scholasticas tabulas duorum annorum qui proxime annos supradictos antecedunt, ita ut incertum sit quamdiu in illo ludo Marlovius fuerit discipulus. Quodcumque fuit hoc temporis spatium, liberaliter sine dubio educatus fuit, anno enim millesimo quingentesimo octogesimo primo (1581) P. C. N. et ætatis suæ septimo decimo, in collegium cui nomen tunc erat Benet (et nunc est *Corpus Christi*) coaptatus fuit. Nota qua res collegii tabulis mandata fuit, reperta est, et e verbis ejus consequitur ut Marlovius allectus fuerit nec tan-

1 Ludus Regius (*King's School*) ab Henrico octavo institutus fuerat ad unum magistrum, ad unum ejus adjutorem et ad quinquaginta discipulos, unicuique quorum quatuor ex libris argenteis *sterling* nomine, ut annuus sumptus, per annos quinque præstabantur.

quam alimentarius puer, nec ut uteretur uno ex annuis sumptibus quos archiepiscopus Parkerus (*Parker*) anno millesimo quingentesimo sexagesimo nono (1569) constituerat ut certum redderet cultum quorumdam e discipulis ludi regii Durovernensis. Nomen ejus scolasticis tabulis solum refertur et Marlin scriptum est; prænomen autem omittitur, dum res videntur ita institutæ fuisse, ut prænomen semel ac nomen mandaretur tabulis illis quum alimentarii pueri inscriberentur[1]. Quum autem pater ejus, institor cui providendum erat de multorum liberorum necessitatibus, manifesto non valeret ad sumptus liberalis cultus insumendos, ex ea re hoc coegerunt, et recte, ut verisimile est, generosum patronum sumptus illos suscepisse. Quæ suspicio confirmata fuit, et propemodum ad certum deducta, quum Paynus Collierus invenit inscriptum in titulo codicis cujus pars erat poema cui Hero and Leander titulus, carmen latinum a Marlovio obsignatum. Hoc carmen epitaphium erat viri nobilis Kentico comitatu orti qui « Chief Baron of the Exchequer » fuerit. Existimant hunc virum, nomine *sir Roger Manwood*, qui anno P. C. N. millesimo quingentesimo nonagesimo secundo (1592) mortuus fuerit, generosum fuisse patronum cujus sumptibus Marlovius ingenue educatus fuerit. Res eo verisimilior est quod ejus filius Petrus et Petri gener (Sir Thomas Walsingham of Chiselhurst), posterior præcipue, videntur poetæ fautores fuisse, quum is in notitiam pervenerit, eique maximum auxilium tulisse. Chapmanus qui Marlovii poema cui titulus *Hero and Leander* perfecit et Thomæ Walsinghamo dedicavit, huic nobili viro laudes tribuit, quod Marlovium vivum beneficiis ornaverit.

(Knowing that in his lifetime you bestowed many kind favours, entertaining parts of reckoning and worth which you found in him with good countenance and liberal affection). [2]

[1] « My correspondent at Cambridge observes : « The University books enter both the Christian name and the surname in all cases [.] ; the Benet Books only in the case of *Scholars*. It therefore seems nearly certain that Marlowe was not a *Foundation Scholar*. (The Works, of Christopher Marlowe : with some account of the author, and notes, by the Rev. Alexander Dyce. A new edition revised and corrected. London, Routledge, 1859, 1 vol. gr. in-8°, pp. XII-XIII, note.

[.] « 17 Mar. 1580 Chrôf. Marlen Pensioner. » *Cambridge Matriculation-Book*.

[2] Hero and Leander. Dedication to the right-worshipful sir Thomas Walsingham, knight, by Edward Blunt. *Ed. Bullen*. vol. III, p. 4.

Nullo igitur modo necesse est, si tibi in animo est reddere rationem quemadmodum Marlovius in discipulos collegii cui Benet nomen coaptatus erit, credas puerum tanto acumine ingenii præditum, inter alimentarios pueros allectum fuisse. Ita quidem Cunninghamo visum est. Verum certis auctoribus non compertum est eum inter Ludi regii discipulos superiorem locum scientia tenuisse. Imo nescio an artium bacalarius et magister factus esset si scientia ejus diligentissime perpensa fuisset, *Amores* enim Ovidii in britannicam linguam transferendo, sæpissime peccavit, ex quo apparet eum non intelligentia linguæ latinæ præstantissimum fuisse.

Ex Indice quadam didicimus Marlovium ante diem quintum decimum calendas Martias, anno P. C. N. millesimo quingentesimo octogesimo primo (*le 17 mars 1581*) et septimo decimo ætatis suæ anno ineunte, in Cantabrigiense Collegium cui nomen « Benet » allectum fuisse [1]. Præterea gratiarum liber declarat eum, anno P. C. N. millesimo quingentesimo octogesimo tertio (1583) Artium Baccalarium factum fuisse, et Magistrum, anno P. C. N. millesimo quingentesimo octogesimo septimo (1587). A Francisco Cunninghamo (Francis Cunningham), Dycii discipulo et amico, legionisque britannicæ subpræfecto, qui Marloviana opera edidit, quæsitum est an Marlovius per quatuor annos inter duas palmas ei datas interpositos continuo Cantabrigiensibus Athenis habitaverit. « Si, inquit Cunninghamus, e duobus Marlovii condiscipulis qui fabulas scripserunt, unus, Thomas Nash, per septem annos Cantabrigiensibus remansit Athenis, quibus expulsus fuit quum jam in eo esset ut artium magister fieret, alter, Robertus Greenus, in Italiam et in Hispaniam primum iter fecit, et vitam egit deinde flagitiis deditam antequam easdem palmas ferret. Fieri ergo potuit ut iisdem studiorum suorum temporibus, Marlovius in externas terras iter fecerit. Durovernum cujus natu civis fuit, positum erat in via ipsa quam ambulabant vagantes et audentes milites qui Leicesterum (Leicester) et Sidneium (Sidney) apud Batavos comitati sunt. Ejus qui penitus in rem introspicit, animus eo magis inclinat ut credat Marlovium se bellis illis immiscuisse, quod is rei militaris gnarus fuit et voca-

[1] Xrôf. Marlyn 1583. A. B. — Chr : Marley 1587. A. M. *Cambridge Grace-Book.* (Dyce, *loc. cit.* p. XIII).

bulis hujus persæpe usus est. Vehemens natura, confidens ingenium ejus et ea petulantia inconsulta, qua impulsus fuit ad pugionem suum destringendum quum, jurgio contendens, occisus est, plus militis quam patientis placidique litterati sensus aperte præferunt. »

Opinio illa, certe acuta et concinna, nuda tamen conjectura est, et eo minus probanda, quod nullo modo desideratur ad ea quæ de Marlovio comperta sunt explananda. Imo, factis ipsis oblique redarguitur. Quamvis aliquis artis vocabula militaris usurpare consueverit, non ideo is miles fuit; ad rem explicandam satis est eum militiam adamasse. Marlovii vehemens natura et confidens ingenium, vitia ipsa quæ, cæterum, fama mendaci in majus vero lata fuisse videntur, orta esse possunt e mente fingendi avida pariter atque pravis consuetudinibus per æstiva captis. Denique Franciscus Cunninghamus opinionem suam confutat ipse, commemorando rem quam Paynus Collierus diligenter demonstravit, id est, partes duas *Tamerlani*, primæ Marlovianæ fabulæ, Londinii actas fuisse anno P. C. N. millesimo quingentesimo octogesimo septimo (1587), nondum confecto, quo anno Marlovius artium magister factus est. Constat præter hæc eum, Cantabrigienses quum incoleret Athenas, quosdam græcos latinosque poetas nisi in totum, partibus saltem in Britannicam linguam convertisse. Quamtumvis in rebus gerendis acer fuerit, mihi tamen videtur Marlovius studiis scholasticis et operibus illis tam occupatus fuisse, ut supervacaneum sit quærere an aliis in laboribus tempus non consumpserit.

Attamen non infitiandum est Fleaium (Fleay) [1] assensu suo Cunninghami opinionem comprobasse et Bullenum eam non repudiavisse, quamvis posterior non in magno discrimine id ponat, Marlovium artis militaris vocabula persæpe usurpasse, ii enim qui, Elizabeth regnante, fabulas docebant, inquit ipse, et Marlovius ante omnes, aptissimi erant ad verba cujusque artis propria in suum vertenda.

Dycius notavit, et quidem non falso, Philippi (Philips), qui Miltonis nepos erat, opinionem qua is contendit (in *Theatr.*

[1] Collins' School and College Classics. Marlow's tragedy of Edward the Second... by F. G. Fleay, London and Glasgow. W. Collins, 1877, 1 vol. in-16, p. 12.

Poet.) Marlovium actorem fuisse antequam fabulas scriberet, nullo prope modo convenire tempori quo primum acta fuit fabula *Tomerlanus* inscripta. Hæc opinio, quamvis ei multi assensi sint, nuda tamen conjectura est. Nullis confirmatur argumentis, nisi versu probrosi carminis, jam supra memorati, quo hæ rerum vices non constituuntur, hujus enim hæc verba sunt :

He had alsoe a player beene
Upon the Curtaine-stage,
But brake his leg in one lewd scene,
When *in his early age*[1].

Illis autem verbis quæ hanc solam habent vim : *in juventute sua,* indicari potest ætatis suæ spatium quod annum millesimum quingentesimum octogesimum septimum secutum est, pariter atque spatium quod eumdem annum antecessit.

Bulleno qui, ut infra dicam, carmen falsum esse putat, adversa sententia placet.

« The words, when in his early age, inquit ille, can only mean that the poet was a boy actor at the Curtain ; but we know that he could not possibly have been connected with the stage before 1583[2]. »

Cui contradicere solus non auderem. Verum ei objicere possum sententiam auctoris scientia æqualis. Apud proœmium quod Osbornus Gulielmus Tancock Eduardo secundo præposuit lego :

« Marlowe died ad the *early* age of 29[3]. »

Si vero vocabulum *early* ad hanc ætatem convenit, tertio et vicesimo ætatis anno multo aptius est.

Plures etiam sunt causæ cur posteriori potissime conveniat, etenim — et hoc sagaciter notavit Dycius, — non veri simile est eos qui Cantabrigienses scholas regebant, artium magistri dedisse honores notissimo scenico, et non alius fuisset Marlovius, si jam tum in scenam Londoniensis Theatri, *Curtain-Stage* nomine, prodiisset. Cæterum facile percipitur quomodo

[1] Ed. Bullen, vol. III, p. 304.
[2] Loc. cit. vol. I, p. XIV.
[3] Clarendon Press Series. Old English Drama. Seleet plays. Marlowe's Edward the Second, edited by Osborne William Tancock, M. A. Oxford, MDCCCLXXX, pet. 8°, p. IV.

Marlovius co perductus esset, vel postquam fabula *Tamerlanus* inscripta plebis captavisset suffragia, ut ludicram artem exerceret. Quum Londinium venisset fortunis expers, nullas habens facultates nisi parva præmia e librariis et e ludorum rectoribus percepta pro operibus suis, quæ certe non ad victum et cultum suum suppeditabant, tam sociis quam studiis suis persuasus fuisset ut necessaria scenicis artificiis sibi compararet. Qui fabulas tunc scribebant, iisdem rationibus ad viam illam ineundam impellebantur, et plerique Marlovii æquales, his temporum requisitis paruerunt. Shakespearo ipsi necesse fuit, quum hanc servitutem exuere voluit, theatrum regeret, quod tunc tam magni quæstus erat quam parvi fabulas scribere.

Paynus Collierus qui, materiam perquirendo, id probavit, antea dubium, fabulam cui Tamerlanus titulus a Marlovio compositam fuisse, e rebus quas repererat, hoc cogere voluit, fabulam illam anno P. C. N. millesimo quingentesimo octogesimo sexto (1586) actam fuisse. Res e quibus sententia ejus illata est, nemo sane vocabit in dubium. Sententia autem e rebus non rectissime collecta mihi videtur. Apud proœmium quod libello Roberti Greeni Menaphon inscripto præposuit, Thomas Nash inflatum et ridiculum irridet dicendi genus quo uteretur stupidus quidam artium magister, quum versus contexeret non consonantes, quos versus in scenam is modo transtulisset, et manifesto sagittam immittit in Marlovium qui primus fabulas scribendo versibus non similiter desinentibus usus est, et primum quum Tamerlanum componeret. Libellus autem Greeni qui *Menaphon* inscribitur, insuper addit Paynus Collierus, typis mandatus fuit anno P. C. N. millesimo quingentesimo octogesimo septimo (1587). Tamerlanus ergo superiori anno actus fuit. Pariter autem verisimile est Marlovium, postquam artium magister factus fuerit anno millesimo quingentesimo octogesimo septimo (1587), eodem anno Londinium venisse, Tamerlanum in scenam induxisse, quam fabulam per otia studiosa, quum in Cantabrigiensibus scholis versaretur, composuisset, et Nash, qui ei invidebat plures ob rationes quas exponam infra, proœmium suum scripsisse dum ejus fabula plebis suffragia captaret, et hanc arripuisse occasionem irridendi scholasticam palmam et scenicam æmuli sui fortunam. Quod etiam vero propius esse videtur. Id enim conjectura non probabile est, Marlovium anno P. C. N. millesimo quingen-

tesimo octogesimo sexto, aliquanto antequam artium magister fieret, e Cantabrigiensibus Athenis in urbem Londiniensem demigrasse, ut in scenam Tamerlanum induceret. Audens et levis animus ejus præsertim nec tanta prudentia, nec tanta constantia præditus erat, ut Cantabrigienses Athenas rediret ea mente ut magistri scientiam suam perpenderent postquam Tamerlanum feliciter in scenam dedisset. Quamobrem cætero in Cantabrigienses scholas rediisset quum ibi manere non cogitaret? Artes enim et studia jam tum deseruerat quibus accedere potuisset ad duo officia artium magistro aperta, sed ei qui fabulas docebat interdicta, quæ officia erant sacerdotium cui primo, ut verisimile est, addictus fuerat et juvenum cultus, et ei nulla in scholis manendi facultas erat. Quum etiam nihil aliud egisset, nisi fabulam suam Londinium mitteret, prospera hujus fortuna, quæ spem suam superavit, in hanc urbem sine dubio attractus fuisset et in ea mansisset. Quando tandem, quum se instrueret ad judicium doctorum a quibus allectus fuit inter magistros, posteriorem scripsisset Tamerlani partem quæ, ut ulterius ostendam, nondum litteris consignata, paulo post, nisi per ludos prioris composita fuit?

Id saltem propius est fidem, eum primo suam scripsisse fabulam artiumque factum fuisse magistrum, et deinde, omisso litterarum scholasticarum studio, quod cupiditate scribendi fabulas flagraret, rebus scenicis implicatum fuisse. Ita præter hæc Nash verba sua continuavit, ut hoc ex sententia sua colligi possit, Marlovium, eo tempore quo fabula sua fuerit acta, jam inter artium magistros allectum fuisse. Hæc adjicit, postquam scenicorum arrogantiam irrisit :

« But herein I cannot so fully bequeath them to folly, as their idiot *art-masters*, that intrude themselves to our ears as the alchymists of eloquence, who (mounted on the stage of arrogance), think to outbrave better pens with the swelling bombast of bragging blank verse [1]. »

Utcumque se res habeat, non dubium est quin Marlovius ab anno P. C. N. millesimo quingentesimo octogesimo septimo (1587) usque ad annum millesimum quingentesimum nonagesimum tertium (1593) quo mors sua accidit, continuam scenæ adhibuerit curam et Londinii habitaverit. Temporibus

[1] Payne Collier, loc. cit. vol. II, pp. 488-9.

tam exiguis intervallis divisis actæ sunt fabulæ ejus, ut necesse habuerit se maximis, nisi totis viribus totoque animo arti scenicæ dedere. Paynus Collierus existimat eum quamdam quoque fabulam scripsisse, quæ circa idem tempus ac Tamerlanus in scenam inducta fuisset, cujus verba, ut verisimile est, versibus non consonantibus includerentur, et quam oblique ac obscure commemorat Greenus in insequenti loco libelli *Perimedes the Blacksmith* inscripti (1588), quo pariter ac Nash Marlovio infensum se ostendit :

« I could not make my verses jet on the stage in tragical buskins, every word filling the mouth like the faburden of Bow-Bell, daring God out Heaven with that atheist Tamburlan, or blaspheming with the mad priest of the sun[1]. »

Si temporum gradus his verbis servati et notati sunt, posterius drama Tamerlano jam acto in scenam inductum fuit. Sed quod nullam aliam habemus notionem, præter hoc obscurum indicium, fabulæ illæ quæ jacet in oblivione, et, sine dubio, deleta fuit perinde ac multæ iisdem temporibus scriptæ, et quod de illo Solis Sacerdote, prorsus nihil memoriæ mandatum est, Payni Collieri conjecturæ notandæ, sed neque vituperandæ, neque probandæ sunt.

Secunda Marloviana fabula : *The Tragical History of the Life and Death of Doctor Faustus*, paulo post Tamerlanum, et, ut verisimile est, anno sequente, acta fuit, nec minôres plausus excitavit. Prospera hujus fortuna Marlovius suam bene fabulas scribendi famam confecit. Multis partibus longe Tamerlanum antecellit, quamvis, ut infra dicam, posterior fabula plus æquo detrectata fuerit, et prospera ejus fortuna tota sit tribuenda nec vitiis plebi gratis, nec etiam maximis motibus quas Marlovius concitaverit in litteratorum castris et in plebe ipsa, dramatis sui verba versibus non similiter desinentibus includendo, res enim ab iis qui fabulas in scenam publicam induxerunt nondum tentata fuerat. Verum inter has fabulas illud interponitur discrimen quod prior majore scientia scenæ enitet. Tamerlanus opus est juvenis qui nullam habet rerum scenicarum notionem, præter eam quæ fabulas legendo consequi potuit, et inter rationes quibus deductus fui ad eam cogitationem, ut Marlovius, quum Londinii venerit, Tamerlanum jam

[1] Payne Collier, loc. cit. vol., II, p. 490.

scripsisset, illa, haud minima auctoritate valuit. Qui autem Faustum scripsit, manifesto non solum ludos scenicos spectaverat, sed etiam scenæ peritus erat usu rerum.

Docti primum existimaverant Parisiensem Cædem tertiam esse Marlovii fabulam. Quod tempore præcurrere non potuerat mortem Henrici tertii qui anno P. C. N. millesimo quingentesimo octogesimo octavo (1588) ante diem quartum Nonas Sextiles (2 août 1589) occisus fuit, et cujus exitu fabula concluditur, et quod preterea apud prologum Melitensis Judæi, qui actus fuit, ut verisimile est, anno P. C. N. millesimo quingentesimo octogesimo nono (1589) vel millesimo quingentesimo nonagesimo (1590), locus erat qui cadere videbatur in prædictam fabulam, ita de Cæde Parisiensi sentiebant litterati ut ea fabula scripta et acta fuisset per novissimos menses hujus prioris anni, vel per primos posterioris. Fabulæ manifesto alludere putabant hunc locum Judæi Melitensis :

« Albeit the world thinks Machiavel is dead,
Inquiebat Machiavel ipse, qui Prologi partes agebat,
Yet was his soul but flown beyond the Alps ;
And now the Guise is dead, is come from France,
To view this land, and frolic with his friends [1]. »

Hos Marlovii versus verbis illis explanabant : Callidus et fallax Machiavelis animus qui nuper, quum Cædes Parisiensis ageretur, ducis Guisii vultum induit, Melitensis Judæi personam apud fabulam novam suscepturus est. Denique, postquam compererunt hanc fabulam, cujus scriptum multis erroribus corruptum est, deteriorem esse quam alia Marlovii dramata, quibus valde superatur, hanc imparem esse dicebant ideo quod numeranda sit inter dramata, cum maxima celeritate composita, quorum fama obscuretur simul ac eventa in scenam inducta oblivione deleantur. Si res, eo modo ad liquidum perducta, non vera, at saltem verisimilis erat.

Sed indicia nova posterius in Henslovianis accepti et expensi tabulis inventa sunt a Payno Colliero qui primæ controversiæ nodos expedierat et res, in incertum revocata, iterum in disputationem venit. Ante diem secundum Calendas Januarias (30 janvier 1593-1594), anno millesimo quingentesimo nonagesimo tertio et quarto vel potius, si Fleaius et Bullenus creduntur,

[1] Ed. Bullen, vol. II, p. 9.

secundo et tertio, quoniam, inquit Bullenus, in annorum ordine confusio quædam apparet, hoc tabulis suis Henslovius[1] mandavit :

« R^d at the tragedy of the guyes 30 (Jenewary 1593) ...iijs ...iiij s.[2]. »

Insuper in tabularum margine, contra notas illas, scripsit litteras *ne* (id est *new*, nova), et eas solet inscribere quum fabula primum acta fuerit. Si vocabulum Guyes scriptum, Guisius legendum est Marlovianamque fabulam designat, et a Payno Colliero ea est sententia omnium litteratorum qui rem dijudicaverunt, Cædes Parisiensis non est tertia, sed, ut similius veri est, novissima Marlovii fabularum quæ, eo vivo, actæ fuerunt, nam primum data fuisset quatuor mensibus ante necem ejus quæ anno millesimo quingentesimo nonagesimo tertio (1593) Calendis Juniis accidit. Quo posito, propius est fidem eam in scenam inductam fuisse Eduardo Secundo, perfectissimo poetæ opere, jam acto, et si controversia componitur hac enodatione rerum, quæ primam labefactat opinionem, necessario concedendum est ut Marlovius, quum Guisii ducis neci alluderet, non ad fabulam Cædem Parisiensem inscriptam, sed ad ducem ipsum spectaret.

Ea autem opinio, quamvis hodie valeat, in plures salebras

[1] Philippus Henslovius videtur primum fuisse fænerator pecuniam credens iis qui pignori dabant res diversas, præsertim vestes. Scenici sæpe tali modo ei vestitus suos obligabant, et pignus liberabant quum acturi essent partes quibus vestes illi postularentur. Quidam scenici, societate conjuncti, mox magnam pecuniam mutuam ab eo sumpserunt, et maximam partem ex ipsorum supellectile pigneratus est. Anno P. C. N. millesimo quingentesimo nonagesimo primo (1591) refecit et adornavit theatrum cui Rosa nomen et ante diem sextum decimum Calendas Martias (19 Février), eodem anno, primum in partem venit pecuniæ a scenicis acceptæ, quum fabulas darent, et partem illam in tabulas suas retulit. Cum aliis scenicis societate conjunctis similes pactiones fecit, et rationes earum perscripsit in iisdem tabulis. His tabulis, hodie servatis inter manuscriptos Dulviciensis Collegii libros, et e mense Februario anni supradicti (1591) usque in annum millesimum sexcentesimum nonum (1609) rationes illas referentibus, solum mandabat fabulæ titulum et pecuniam acceptam. Idcirco nomen ejus qui fabulam composuit latet, nisi hæc typis mandata vel illud alio modo vulgatum fuerit. Henslovianæ tabulæ, quod sane dolendum est, laceratæ sunt et paginæ multæ avulsæ vel partim sectæ fuerunt a rerum scenicarum studiosis qui cupidi erant sua faciendi nonnulla ex scriptorum et scenicorum chirographis quibus referciuntur.

[2] The Diary of Philip Henslowe, from 1591 to 1609. Printed from the original Manuscript preserved at Dulwich College. Edited by J. Payne Collier, esq. London, Printed for the Shakespeare Society, 1845, 1 vol. in-8°, p. 30.

inducit, quæ immerito prætermissæ fuerunt et donec contradicta dissoluta sint, ei opinioni assentiri non licebit.

Et primo, num certis auctoribus comperimus vocabulum Guyes legendum esse Guise? Dycius, cujus plures sequi sententiam contendunt, scripsit :

« Mr Collier observes... « This entry is valuable, *supposing it to apply to Marlowe's tragedy*, because it ascertains the day it was first acted, Henslowe having placed *ne* (i. e. *new*) in the margin. It was perhaps Marlowe's last play, as he was killed about six months afterwards. » Henslowe has several later entries concerning the performance of the same piece (which he also designates *The Massacre*), but probably, when he notices « the Guise » under the year 1598, he refers to a revival of the tragedy with additions and alterations [1]. »

Ea opinio, partibus saltem quæ spectant ad novissimum fabulæ ludum, omnino verisimilis tibi videbitur, si eam contuleris cum rebus a Payno Colliero relatis de quadam Websteri (*Webster*), fabula ad similitudinem Marloviani dramatis ficta, cujus scriptum periit [2].

Si Henslovianæ notæ e quibus Payni Collieri sententia orta est, non in dubium vocantur, verisimile est notas quæ anno millesimo quingentesimo nonagesimo octavo (1598) et posterius in tabulas relatæ sunt, pertinere ad fabulas vel retractatas, vel rescriptas, quarum posterior et forte prior Webstero tribuendæ sint ; sed adduci nequeo quin existimem drama *Guyes* inscriptum idem esse ac Cædem Parisiensem. Vocabula *Guyes* et *Guises* non pariter sonant et vibrant in auribus, et littera S sonum reddit tam prævalentem, quum vocabulum Guises exprimitur, ut id veritati consentaneum non judicem, eam ab Henslovio omissam fuisse. Eo difficilius est rei assentiri quod

[1] Dyce, loc. cit., p. xxv.

[2] In the dedication to his *Devil's Law Case*, John Webster claims to have been the author of a play which he calls the *Guise*, not now known, but plausibly supposed to have related to the slaughter of S. Bartholomew, on which Marlow, nearly ten years before, had written his tragedy with the title of the *Massacre at Paris*. In Henslowe's *Diary* is the following item, « Lent unto Wm Jube the 3 Nov. 1601, to bye stamell cloath for a cleck, for the Gwise, 3 l., » and the name of Webster was interlined in different ink. It hovewer sufficiently connects Webster with the performance, which we may conjecture was a new version of Marlowe's tragedy, as in another place Webster's Guise is actually called the *Masaker of France*, a title which no doubt it also bore. (*The History of English Dramatic Poetry*, 1879, vol. II, pp. 481-2.

Henslovius, quum anno millesimo quingentesimo nonagesimo octavo (1598) et posterius litteris mandaverit notas ad fabulam retractatam vel rescriptam respicientes, vocabulum Guise scribendo non una, sed duabus S usus est.

Nonne mihi æque liberum esset *the tragedy of Guy* legere, præsertim quum clarum sit unam ex fabulis commenticiis res egregie ab equitibus (Chevaliers) gestas narrantibus et temporibus iisdem vulgi gratia valentibus, historiam fuisse Viti, Præsidii Verovici comitis et fabulam illam inter historias maxime tragicas et flebiles numerandam esse [1]? Nonne verisimile est drama a quodam scriptore ex illa fabula commenticia sumptum fuisse et deinde, tanquam multa dramata iisdem temporibus acta, periisse?

Notæ tabularum Henslovianarum quum in disquisitione ponuntur, habent hanc vim ut roborent eam opinionem, at saltem argumenta quibus tragedia Guyes inscripta sejungitur a Cæde Parisiensi et fabula altera esse declaratur. Primum in his notis deprehendimus fabulam, quum primum data sit, cecidisse. Ex hoc primo ludo Henslovius solum accepit septem ex nummis quibus *schilling* nomen, quum fabulæ quæ in gratia erant apud plebem et sæpissime jam actæ fuerant, rursus in scenam inductæ, questum quinquies sexiesque majorem afferrent. Henslovius non litteris mandavit nomen scenicorum societate conjunctorum quibus acta fuit fabula. Verum Paynus Collierus existimat eos fuisse scenicos « Lord Strange men » vocatos. Solum in scenam reducta fuit fabula post sex menses, si assumitur dies apud tabulas inscriptus, vel post duodeviginti, si verus est dies Fleiai et Bulleni emendatione constitutus et (res memoriæ mandanda est) ab alteris scenicis cui « Earl of Sussex men » nomen. Data fuit anno millesimo quingentesimo nonagesimo quarto (1594), ante diem duodecimum Calendas Quintiles (*19 juin*) et quæstum multo majorem Henslovio attulit. Posterius hac de fabula nihil est scriptum, sed Henslovius

[1] Nonnulli rem tractaverunt, inter quos Samuel Roulandus (Rowland). The famous History of Guy, Earl of Warwick, in Verse, by Samuel Rowlands, London, 1667, 4°. It was frequently reprinted down to as late a date as 1682, inquit Paynus Collierus, and it was so popular, and so many copies of it were destroyed by frequent reading, that all are of rare occurrence. (A Bibliographical and Critical Account of the Rarest Books in the English Language... which during the last fifty years, have come under the observation of J. Payne Collier. London, J. Lilly, 1865, 2 vol. in-8°. Vol. II, p. 298.

retulit in tabulas Cædem Parisiensem actam fuisse ante diem quintum Nonas et ante diem sextum Idus Quintiles, ante diem septimum decimum diemque sextum Calendas et ante diem sextum Idus Sextiles, ante diem quintum decimum Calendas et ante diem septimum Idus Septembres, et ante diem septimum Calendas Octobres (3, 8, 16 et 27 juillet, 8 et 17 août, 7 et 25 septembre).

Si duæ fabulæ una et eadem esse declarantur, possumus etiam nunc reddere rationem cur fabula The Tragedy of Guyes inscripta, postquam cecidisset, in scenam fauste reducta esset. Novi actores, scenicæ picturæ splendore majore nitentes et, ut verisimile est, callida multorum locorum emendatio rem enodant. Sed non intelligitur quare fabula, ante diem quartum decimum Calendas Quintiles prosperrime in scenam reducta, exinde non ante tres hebdomadas acta fuerit, quum quatuor scenicorum ludorum subsequentium vices solum intervallis septem dierum dividantur. Mirum quoque videtur esse quod titulus mutatus fuerit quum fabula in eo esset ut iterum ageretur, nam si mutandus esset, expediebat scenicis primum titulum ab initio auferre, quod posterius sese in periculum inferebant plebis conturbandæ et de via theatri deducendæ [1].

Sit ex contrario ut notæ ad duas fabulas re diversas spectent, confestim octo ludi Cædis Parisiensis fiunt ludi dramatis fauste in scenam reducti, fabula enim quater per mensem Quintilem et bis per utrumque duorum mensium sequentium acta fuit. Ut verum dicam, mihi superest ut rationem reddam cur fabula *The Tragedy of Gwies* inscripta et ante diem duodecimum Calendas Quintiles (19 juin) prosperrime acta, in scenam non exinde reducta fuerit. Id expedite fieri potest, si ludi inhibiti fuerunt jussu auctoris, vel potius scenicorum societate conjunctorum qui ab eo fabulam emerant. Quum inter se æmularentur, hæ scenicorum societates in certamen asperrimum

[1] Si quis contra hæc diceret Websterianam fabulam apud Henslovii tabulas vicissim *Gwisse* et *The massaker of France* inscribi, ei responderem hos duos titulos forte dramati impositos fuisse et cæterum circumstantia rerum non eadem esse. Notæ illæ non pertinent ad nummos quos Henslovius detrahebat de pecunia a scenicis accepta quum fabulas agerent, sed ad pecuniam impensam in scenicas vestes dum fabulæ ludus appararetur et persæpe evenit ut per hoc temporis spatium fabulæ titulus mutetur. Sed nusquam annalium scenicorum memorant illum per ejusdem fabulæ ludos eo modo renovatum fuisse, præsertim quum fabula quæstum opimum præberet.

veniebant de fabularum mancipio et contendebant ut eorum qui fabulas scribebant benevolentiam et auxilium captarent [1].

Ea rerum enodatio nuda est conjectura et mihi in animo non est eam supponere in locum sententiæ quæ valuit. Eam vero at saltem æque ac alteram existimo justam et donec demonstrent vocabulum *Guyes* vel *Gwies* legendum esse *Guises*, non mihi videbitur res illam habere vim ut ad certum redigat rationes ex illo tabularum loco sumptas.

Qui in posteriorem sententiam disputant adhuc in alias salebras incidunt. In priore opinione Cædes Parisiensis numerabatur inter dramata, maxima cum celeritate composita, quorum fama obscuratur simul ac oblivione delentur eventa in scenam inducta. Si transimus in posteriorem, non est quare Marlovius fabulam festinanter scripserit, quum eam composuerit quatuor annis post eventa e quibus ducta fuit. Insuper non verisimile est Marlovium, postquam cunctas fabulas suas perfecisset, Eduardumque secundum ipsum, optimum ex suis operibus, totum vel at saltem ex parte scripsisset, adumbravisse inchoatum et rude drama, in quo præclarum suum ingenium vix et languide fulget. Alia circumstantia rerum, de quibus fabulam perpendendo videbimus, huic opinioni adhuc repugnant. Idcirco mihi non est potestas, ut nunc res se

[1] Scriptores ex re lucra faciebant, et opportunitate temporis utentes, majorem laboris mercedem expostulabant. Anno millesimo sexcentesimo secundo (1602), inquit Paynus Collierus, apud proœmium in fronte Henslovianarum tabularum præpositum (pp. XXII-XXIII) « after Richard the Third had been long on the stage and was so popular, Ben Jonson should have been paid by Henslowe no less a sum than £ 10 « in earnest of a book called Richard Crookback, » and for some « new additions » he was then making to Kyd's Spanish Tragedy (p. 223). It may show that at that period the Earl of Nottingham's players could not venture to represent Shakespeare's Richard the Third, which was in possession of a rival company, or Henslove would not have given a large sum « in earnest » of a new drama on the same portion of history [1]. The arrest of Thomas Dekker (p. 143), by « the Lord Chamberlain's men » in 1598, may very possibly have been connected with some piratical invasion of the rights and property of the association to which Shakespeare belonged; and less than three months afterwards (p. 147), we find Dekker engaged with Chettle upon a play called « Troilus and Cressida. » It has never been remarked that in July 1602 Chettle was writing « The Danish Tragedy » (p. 221), which may have been a revival of the old Hamlet under a new name, in order to compete with Shakespeare's Hamlet then in a course of successful performance at the Globe. » (*The Diary* of Ph. Henslowe, pp. XXII-XXIII.)

[1] « The second part of Henry Richmond » reads (p. 159) as if it could not be otherwise than connected with the incidents of the reign of Richard III. A few pages afterwards (p. 163) we meet with a play called Owen Tudor. »

habent, unam opinionem alteri anteponendi, et qui sapienter et accommodate ad veritatem loquendi cupiens est, fatebitur nos nescire quibus temporibus Cædes Parisiensis scripta et acta fuerit.

Nec amplius assentior Osborno Gulielmo Tancockio quum contendit fabulam illam partem esse dramatis non absoluti :

« There remain also, inquit ille, three Acts of a Tragedy called the *Massacre at Paris* [1]. »

Res enim capit exordium a maximis et tunc novissimis cædibus factis in Galliam, sancti Bartholomæi feriis, et concluditur nece Henrici tertii victoriaque Henrici Quarti, qui rex Galliæ consalutatur postquam omnes cædis parisiensis principes variis pœnis affecti fuerint, ita ut omnes absoluti dramatis partes contineat. Fabulam perpendendo, ostendam hanc sententiam manifestam esse.

Judæus Melitensis certo scriptus fuit post necem Guisii ducis qui anno millesimo quingentesimo octogesimo octavo (1588), ante diem nonum Calendas Januarias (23 décembre) occisus est, casus enim refertur apud prologi locum qui Parisiensi Cædi alludere videtur. Verum apud Henslovianas accepti et expensi tabulas, Judæi Melitensis sæpe commemorantur ludi scenici. Prima horum mentio inscripta fuit anno millesimo quingentesimo nonagesimo primo (1591), ante diem quartum Calendas Martias (26 février) et nulla nota demonstrat eum ludum primum omnium fuisse. Constat igitur hoc drama anno millesimo quingentesimo octogesimo nono (1589), vel millesimo quingentesimo nonagesimo primum actum fuisse. Apud omnes in eadem gratia fuit atque Tamerlanus et Faustus; majores etiam plausus forte movit. In ea fabula Marlovii reipsa virtutes invenies et vitia omnia : imo vitia in nullo ex ejus dramatibus, nisi forte in Tamerlano, majus ceperunt incrementum. Magnis autem virtutibus compensantur. Quinta fabula, quæ postrema fuit inter fabulas, auctore vivo, perfectas, Marlovius consummavit incepta illa quibus omni ope atque opera enisus est ut averteret eos qui temporibus illis drama novum scripserunt ab errore et in viam rectam reduceret. Quæ fabula, e Britannicis annalibus deducta, inscripta est *The troublesome Reign and*

[1] Loc. cit., p. IV.

lamentable Death of Edward the Second. Nusquam dramatum suorum Marlovius magis ubertati mentis indulsit, neque plenius virtutibus suis usus est. Suum temperat animum cujus tamen acies non deminuitur; mores et animos hominum penitus inspicit, et tantam rerum scenicarum solertiam ostendit ut pateat ingenium suum, annis et labore maturum, in dies accrevisse et ad summum perductum fuisse.

Nescitur quibus temporibus fabula illa composita et acta sit. Si solum spectarem ad scribendi artem et ad maturum ingenium quæ ab ea ostenduntur, sine ulla dubitatione eam putarem Marlovii novissimum opus. Ii qui credunt Cædem Parisiensem anno millesimo quingentesimo nonagesimo tertio (*1593*) pridie Calendas Quintiles (*30 juin*) primum actam fuisse, soli existimant hoc opus inchoatum ac rude scriptum fuisse quum drama tantis laudibus prævalens jam componeretur. Eduardum secundum profecto Marlovius elaboravit nec quum juvenis esset, nec etiam quum in scenam induceret primam ejus fabulam. Hoc drama compositum et actum fuit temporibus quæ inter primum Judæi Melitensis ludum et Marlovii necem interfuerunt, id est in temporis spatio inter annum millesimum quingentesimum nonagesimum (1590) et annum millesimum quingentesimum nonagesimum tertium interjecto (1593). Wartonius affirmat, sed nullis argumentis confirmat Eduardum secundum anno millesimo quingentesimo nonagesimo (1590) scriptum fuisse[1].

Incertum est quo tempore comœdia Marlovii, quæ amissa est et sine dubio periit, acta sit. Quæ, « The Maiden's Holiday » inscripta, nunquam typis mandata fuisse videtur. Si tabulis quibus titulus est « The Stationer's Book » fides adjungitur, quum Marlovius hanc scriberet comœdiam, quæ tabulis supradictis ante diem sextum Idus Apriles, anno P. C. N. millesimo sexcentesimo quinquagesimo quarto (8 avril 1654) mandata fuit, ei fuisset laboris socius scriptor ejusdem ætatis qui fabulas composuit, et cui nomen erat Johannes Daius (John Day).

Dycius refert aliam Marlovii imperfectam fabulam : *The Tragedy of Dido, queen of Carthage,* typis mandatam anno P. C. N. millesimo quingentesimo nonagesimo quarto (1594), qui proximus fuit post poetæ necem, eodem modo revisam et abso-

[1] History of English Poetry, by Thomas Warton, London 1824, in-8°, vol. IV, p. 266.

lutam fuisse a Thoma Nash, qui ei inimicissimus fuerat Sententiam et episcopi Tanneri (Tanner)[1] et Wartonii Dycius sequitur. Paynus Collierus contra putat Marlovium hanc fabulam in totum scripsisse dum viveret, et tunc laboris socium habuisse Nash, quum in pristinam concordiam ambo reducti fuissent. Profecto Nash, in *Elegiaco Carmine* in fronte tragœdiæ præposito omni laude Marlovium mortuum cumulat. Sed persæpe evenit ut scriptores e vita excessi in cœlum laudibus maximis efferantur ab æmulis qui eos vivos acerrimis judiciis vituperarent, et hanc ob causam res est ad probandum infirma. Paynus Collierus existimat hanc tragœdiam solum anno P. C. N. millesimo quingentesimo nonagesimo quarto (1594) editam, jam inde ab anno millesimo quingentesimo nonagesimo (1590) scriptam fuisse. Nescitur quo tempore certo acta fuerit. Constat tamen, et nihil amplius clarum est, hujus ludos a Fani regii Pueris factos fuisse. Quidam insuper affirmant Marlovium, per illos sex annos, pluribus qui fabulas scriberent auxilio fuisse, et in partem scenici laboris eorum venisse. Errant qui putant conjecturam cadere in fabulam : *Lust's Dominion or the Las-*

[1] « Hanc perfecit et edidit Tho. Nach (1594), 4°... Petowius in præfatione ad secundam partem Herois et Leandri multa in Marlovii commendotionem adfert; hoc etiam facit Tho. Nash in carmine elegiaco tragœdiæ Didonis præfixo in obitum Christoph. Marlovii, ubi quatuor ejus tragœdiarum mentionem facit, necnon et alterius De Duce Guisio. » Alex. Dyce, loc. cit. pp. XXXV.

Hoc carmen elegiacum, inquit Dycius, non additum fuit in rara fabulæ volumna quæ supersunt et periisse videtur; sed haud dubium est quin scriptum fuerit. Malonus, qui rem quæsiverat a Wartoomio quum eam explanare tentaret, in quodam volumine quod nunc Bodleianæ Bibliothecæ pars est, ea scriptis mandavit : « He (Warton) informed me by letter that a copy of this play was in Osborne's Catalogue in the year 1754; that he then saw it in his shop (together with several of M. Oldyn's books that Osborne had purchased), and that the elegy in question, on Marlowe's untimely death was inserted immediately after the title-page, that it mentioned a play of Marlowe's entitled the Duke of Guise, (i. e. the Massacre at Paris) and four others, but whether particularly by name he could not recollect. Unluckily he did not purchase this rare piece and it is now God knows where[1]. » Dycius addit, Malonum non multum fiduciæ collocavisse « in honest Tom Warton's veracity, » quod non infitior. » Errat autem manifesto quum contendit Malonum nullum testem, nisi Wartonium, habuisse quum dixerit fabulam illam, quam Marlovius imperfectam reliquit, a Nash perfectam in scenam inductam et editam fuisse, etenim in titulo antiquissimorum voluminum quæ nunc nupersunt, ea verba sunt inscripta : « Written by Christopher Marlowe and Thomas Nash, gent. »

[1] Dyce, loc. cit. p. XXXV.

civious Queen inscriptam. Creduntur quoque in errore versari ii qui eamdem sententiam conferunt in fabulam quæ : *Alarum for London, or the Siege of Antwerp, with the ventrous acts and valorous deeds of the lame soldier* inscripta est, quamvis Marlovius intentissimo animo perspexisse videatur eventa belli contra Hispanos ab iis qui novarum religionum studiosi erant, in Bataviam illati, et præsertim Antverpiense obsidium quod in fabula : *The Tragical History of Doctor Faustus* inscripta oblique commemoravit [1]. Propius autem est fidem eum, ut iisdem temporibus Shakespearus fecit, veteres quasdam fabulas emendasse et rescripsisse, et dramata sua perpendendo, rem dijudicabo. Marlovius non in sola illa opera animum intendit per sex annos, tantis laboribus refertos, quos in litteris colendis Londinii consumpsit. Dum, fabulas scribendo, scenam erigit ad res novas et ad culmen quod nondum adeptum erat, incepta Cantabrigiensibus Athenis studia non intermittit. Assequitur ut aliquid temporis adhuc impertiat græcis et latinis poetis in Britannicum sermonem vertendis; et quædam condit carmina quorum unum fama insigne permansit, et laude dignum est propter tenerum fervidumque amorem versibus impressum. Fateor quidem plura ex operibus illis, præsertim Ovidii elegias, Cantabrigiensibus Athenis sine dubio inchoata fuisse. Hæc enim litteris eruditorum ludi sunt, quos ad faciendos placida scholarum vita majus spatium dabat quam libidinosi mores auctoris fabulas scribentis et agentis. Propius autem est vero poema *Hero and Leander* inscriptum, cujus versus memoriter recitare solebat Johannes Taylor (*The Waterpoet*) [2] quum remis Tamesim finderet, et primum Pharsaliarum librum quem in versus britannicos non consonantes transtulit Marlovius, forte Cantabrigiensibus Athenis inchoata, Londinii confecta fuisse. Tot et tam diversa scripta demonstrant poetæ vim et animo fingendi, et libros uberrime pangendi. Ostendunt quoque quanto studio Marlovium se conjecerit in certamina et

[1] *Faust.* « Yea, stranger engines for the brunt of war
« That was the fiery keel at Antwerp's brigde,
« I'll make my servile spirits to invent. »
(Ed. Bullen, loc. cit., vol. I, p. 217. Act. I, scène I).

[2] Taylor (John) (The Water Poet) b. in Gloucester 1580, was a waterman, collector of the wine fees for the Lieutenant of the Tower, and keeper of a public house both at Oxford and Westminster. He died 1654. His publications were very popular in his day, and are now in request by collectors (*Allibone*).

incepta quæ temporibus illis, inter ætates britannicarum litterarum fecundissimas et impacatissimas numerandis, eruditi movebant.

Perpaucæ sunt, præter indicia quæ supra de Marlovii operibus retuli, res indubitatæ quæ traduntur de vita ejus ab anno millesimo quingentesimo octogesimo septimo (1587) quo, ut verisimile est, Londinium venit, usque ad annum millesimum quingentesimum nonagesimum tertium (1593), quo occisus fuit. Eæ quæ hodie notæ sunt in tribus continentur scriptis. Harum vero rerum auctores arguuntur falsa invenisse et vera ipsa supra modum auxisse narrando. Auctores illi consentiunt omnes ad Marlovium talem informandum quales sunt ii qui Deos nullos esse omnino putant, et vitam agunt flagitiis deditam. Non dubium est quin Marlovius impurus et petulans fuerit adolescens, solutissimam degens vitam. Veri quoque simile est eum non minus in verbis quam in scriptis suis immodicum fuisse et in verbis tam præcipitem et inconsultum se præbuisse quam quædam fabularum suarum personæ, inter quas notandi sunt præcipue Tamerlanus et Faustus. Multum autem interest inter pravos mores libidinosi juvenis nimiæ procacique linguæ indulgentis, et sententias quibus graviter et considerate Marlovius opinionem eorum qui Deus nullos esse omnino putaverunt suam fecisset. Donec crimen nec aliis rationibus, nec testibus gravioribus confirmabitur, æquum erit Marlovium culpa insontem existimare, et ei injuriam inferres, si fidem adjungeres insimulationibus in eum intentis ab iis solis qui ei pertinaciter infensi fuerunt.

Cæterum haud infitiandum est eum ad res flagitiosas propensum fuisse, et inani jactantia vitia sua ostentavisse. Quod fieri non poterat aliter. Marlovius enim e clericali placidaque civitate Duroverno, et e studiosis Cantabrigiensibus scholis subito, ut ita dicam, translatus fuerat in cætus Londinienses pessimos in quos scenici et sodales eorum frequentes veniebant, et ei opus fuisset, ut alienarum nequitiarum exemplo non illiceretur, animo firmo maturoque ingenio quæ, quum juveniles anni floreant, rarissima sunt. Vi leviter et diverse res fingendi, effrenatis animi cupiditatibus et temerario ingenio quod, ut ætate æqualium ingenia, nulla valenti disciplina regebatur, et mature omnes religionum et morum ipsorum leges perfregerat, imo contra impulsus fuit ad vitam suam omni intemperantiæ addi-

cendam. Cunctis illecebris et insidiis prædæ modo objiciebatur. Igitur non dubium est quin insanam et flagitiosissimam degerit vitam, sicut plurimi inter eos qui tunc dederunt aut egerunt fabulas in scenam. Quæ vita juventutem prævalide allicit, quamvis periculorum et rerum dubiarum plena sit, quemadmodum vita omnium eorum qui ad audendum prompti sunt. Ii enim, die quodam prospero fortunæ flatu, ut aura molli evecti, in alta volant, et postero die, turbida et improvisa procella jactati, in adversæ fortunæ calamitates merguntur. Juvenes autem illis subitis rerum vicibus non repulsi, sed invitati sunt. A falsis et nimiis insimulationibus eorum qui Marlovio inimicissimi fuerunt, facile dijudicantur res quæ non longissime a vero absunt, et eas nullo modo ab oculis avertere adorior. Hæc autem pleniora atque uberiora ii narraverunt quum Marlovium specie falsa induerunt ganeonis cunctis vitiis dediti, ære alieno oppressi, popinæ assueti et scortantis qui, in summum dedecus devolutus, se a vinculis humani divinique juris relaxaverat, et nullo loco libentius quam his fornicibus uti solebat. Marlovius sine dubio et sæpius in has spurcas ganeas se commisit, et in earum sordibus decoris fuit immemor. Sane autem in flagitiis illis, nec tam perseveranter, nec tam proterve versatus fuit quam ab inimicis suis fertur. Animo vehementi, sed valido et superbo qui tanto cum impetu per insignes fabularum suarum locos erumpit, ex illis non semel avulsus fuit. Quum Londinii esset, primos saltem per annos, studii servavit consuetudinem quæ plurimis operibus ab eo iisdem temporibus editis declaratur, et cum tantis flagitiis concurrere nullo modo potuit. Quantæcumque fuerunt ejus vis animo fingendi et scribendi facultas, non valuisset ad scenicam vitam agendam, nec imprimis ad opera supradicta conficienda, si stupris suis longa temporis spatia studiis devota non interposuisset. Mors teterrima quam infra referam causa fuit quare tantis falsis criminibus insimulatus fuerit. Æmuli ejus et ii qui puritani vocabantur et scenicis ludis inimicissimi erant ab ea suam occasionem petiverunt, et priores ultionis causa, posteriores eo consilio ut animos moverent et docerent, eum omnium vitiorum principem descripserunt.

E tribus scriptis quorum auctores Marlovium atrociter et immodice insimulant, notissimum famosus est libellus qui : *A Groatsworth of wit, bought with a million of repen-*

taunce, inscribitur. Titulo illius subscriptum fuit nomen Roberti Greeni, qui numeratur inter suavissimos, solutissimos autem scriptores qui fabulas, iisdem temporibus, docebant. Aliquot hebdomadibus post mortem ejus editus fuit, anno millesimo quingentesimo nonagesimo secundo (1592), ante diem quartum vel tertium Nonas Septembres (*le* 2 *ou le* 3 *septembre*). Locus qui ad Marlovium pertinet subjungitur uni ex fabulis commenticiis quas largiter effundebat musa facilis et fecunda Greeni, et pars est moralis concionis qua auctor, in præcipuæ personæ locum succedens, admonet primum gregatim eos qui libellum legent et deinde sigillatim amicos suos. Reperitur initio postremi sermonis, inscripti :

« To those Gentlemen, his Quondam acquaintance, that spend their wits in making Plaies, R. G. wisheth a better exercise and wisdome to prevent his extremities. »

Hi scriptores, Marlovius, Nash et Peelus numerantur inter celeberrimos eorum qui iisdem temporibus fabulas dabant, et Greeni erant socii, quum libidinaretur, simul ac æmuli. Licet nomine non indicentur, claris tamen indiciis notantur. Docti primum existimaverant secundum esse Lodgium. Deinde autem demonstratum est dilucide, ut opinor, hunc libelli locum solum ad Nash respicere. Duo alii apertius designantur quam ut nomen eorum unquam in incerto fuerit. Finem dicendi faciens, is qui libellum scripsit orationem convertit ad quartum scriptorem qui, omnium concessu, Shakespearus est.

Hac oratione Greenus, postquam errata sua confessus est, adhortatur veteres suorum flagitiorum participes ut desinant scribere fabulas et de pravitate se deducant, ne luant pœnas quibus ipse, jure ac merito affectus, periturus sit. Eos autem monendo, maligne commemorat errata, falsa vel vera, quæ commisisse arguebantnr. Admonita ejus renovant ea parte memoriam Scapini a Geronto proterve et palam postulantis ut ignoscatur si ei fuste costas dolaverit.

« Delight not, inquit ille, (as I have done) in irreligious oaths; for, from the blasphemers house, a curse shall not depart. Despise drunkennes, which wasteth the wit, and maketh men all equal unto beasts. Flie lust, as the deathsman of the soule, and defile not the Temple of the holy ghost. Abhorre those Epicures, whose loose life hath made religion lothsome to your eares : and when they sooth

you with tearmes of Maistership, remember Robert Greene, whome they have often so flattered, perishes now for want of comfort [1]. »

Admonitis illis, perseveranter commemoratis et maximam afferentibus molestiam scriptoribus quibuscum plebs sæpe familiarius æquo agebat quum in scenam fabulæ eorum inducerentur, is qui libellum composuit conjunxerat consilia quibus eos cum eodem fervore flagitabat ut se converterent ad vitam christianam. His consiliis Marlovium imprimis incursabat; eum arguebat non solum ganeonem esse, sed etiam Deos nullos esse omnino putare [2].

Is qui libellum ediderat, Henricus Chettelus, scriptor erat inferioris notæ, qui plures fabulas dedit et diversa scribendi coluit genera, eminuit autem in nullo. Apud Marlovium et Shakespearum contumeliam ægre et non tacite ferentes se celeriter excusavit. Hoc responsum reddidit in proœmio quod præposuit

[1] Shakspere allusion Books. Part I. Edited by C. M. Ingleby. Published for the new Shakspere Society by W. Trubner et Co. London 1878, 1 v. 8°, p. 31.

[2] Ecce locus qui ad Marlovium attinet : If wofull experience may moone you (Gentlemen) to beware, or unheard of wretchednes intreate you to take heed ; I doubt not but you will looke backe with sorrow on your time past, and endevour with repentance to spend that which is to come. Wonder not, (for with thee will I first begin) thou famous gracer of Tragedians, that *Greene*, who hath said with thee, like the foole in his heart, There is no God, should now give glorie unto his greatnesse ; for, penitrating in his power, his hand lies heavie upon me, he hath spoken unto me with a voice of thunder, and I have left (felt), he is a God that can punish enimies. Why should thy excellent wit, his gift, be so blinded, that thou shouldst give no glory to the giver? Is it pestilent Machivilian pollicie that thou hast studied ? O punish (peevish) follie! What are his rules but meere confused mockeries, able to extirpate in small time, the generation of mankinde. For if *Sic volo, sic jubeo*, hold in those that are able to command : and if it be lawfull *Fas et nefas* to doe any thing that is beneficiall; onely Tyrants should possesse the earth ; and they, striving to exceede in tyranny, should each to other bee a slaughter man ; till the mightiest outliving all, one stroke were left for Death, that in one ages mans life should ende. The brother (breecher) of this Diabolicall Atheisme is dead, and in his life had never the felicitie he aimed at : but as he begam in craft, lived in feare and ended in despaire. *Quum inscrutabilia sunt Dei judicia?* This murderer of many brethern, had his conscience feared (*seared*) like Caine : this betrayer of him that gave his life for him, inherited the portion of Judas : this Apostata perished as ill as Julian : and wilt thou, my friend, be his Disciple ? Looke unto by him perswaded to that libertie, and thou shalt finde it an infernall bondage. I knowe the least of my demerits merit this miserable death; but wilfull striving against knowne truth, exceedeth al the terrors of my soule. Defer not (with me) till this last point of extremitie ; for little knowest thou how in the end thou shalt be visited. (*Shakspere's Allusion-Books*, pp. 29-30.

in fronte libelli sui, *Kind-Harts Dreame*[1] inscripti, quem in tabulas bibliopolarum Londiniensium retulit anno millesimo quingentesimo nonagesimo secundo (1592), per mensem Decembrem, quum abhinc tres menses Greenus mortuus esset.

« .... About three moneths since died M. Robert Greene, leaving many papers in sundry Booke sellers hands, among other his GROATSWORTH OF WIT, in which a letter written to divers play-makers, is offensively by one or two of them taken ; and because on the dead they cannot be avenged, they wilfully forge in their conceites a living Author : and after tossing it two and fro, no remedy, but it must light on me. How I have all the time of my conversing in printing hindred the bitter inveying against schollers, it hath been very well knowne ; and how in that I dealt, I can sufficiently proove. With neither of them that take offence was I acquainted, and with one of them I care not if I never be : The other, whome at that time I did not so much spare, as since I wish I had, for that as I have moderated the heate of living writers, and might have usde my owne discretion (especially in such a case) the Author beeing dead, that I did not, I am as sory as if the originall fault had beene my fault, because my selfe have seene his demeanor no lesse civill, than he exelent in the qualitie he professes : Besides, divers of worship have reported his uprightnes of dealing, which argues his honesty, and his facetious grace in writting, that aprooves his Art. For the first, whose learning I reverence, and at the perusing of Greenes Booke, stroke out what then in conscience I thought he in some displeasure writ : or had it beene true, yet to publish it, was intollerable : him I would wish to use me no worse than I deserve. I had onely in the copy this share : it was il written, as sometime Greenes hand was none of the best ; licensd it must be, ere it could bee printed, which could never be if it might not be read. To be breife, I writ it over; and as neare as I could, followed the copy ; onely in that letter I put something out, but in the whole booke not a worde in ; for I protest it was all Greenes, not mine nor Maister Nashes, as some unjustly have affirmed[2]. »

Imprimis non verisimile visum est iis qui libellum legerunt, Greenum hunc scripsisse, et Nash in suspicionem rei venit,

[1] Conteining five Apparitions, with their Invectives against abuses raigning. Delivered by severall Ghosts unto him to be publisht, after *Piers Penilesse* Post had refused the carriage. Invita invidiæ, by H. C. Imprinted at London for William Wright. — Allusion-Books, Part. I, p. 35.

[2] Allusion-Books, Part. I, pp. 37-38.

quamvis unus e tribus auctoribus lacessitis esset, et forte ob eam causam, quod parcius et lenius aliis lusus erat. Nash, notus satirici carminis scriptor, non erat is qui commotus fuisset clamoribus, si rem commisisset. Hanc autem tam vehementer et indigne apud proœmium libelli sui *Pierce Pennilesse* inscripti negavit, ut facere non possim quin ei fidem adjungam.

« Other news, inquit Nash, I am advertised of, that a scald, trivial, lying pamphlet called Greene's *Groatsworth of Wit*, is given out to be of my doing. God never have care of my soul, but utterly renounce me, if the least word or syllable, in it proceeded from my pen, or if I were in any way privy to the writing or printing of it[1]. »

Quamvis Nash ipse primum dubitasset an Greenus libellum scripserit, ardor quem præ se tulit negando se illum composuisse, et Chettelli oratio, perplexior tamen quam dilucidior, primam suspicionem levaverunt et exinde vulgatior fama est libellum a Greeno confectum fuisse. Sed quoniam, circumspectis rebus omnibus rationibusque subductis, sententiam illam sequi non possum et res ad Marlovii memoriam magnopere interest, mihi necesse est judicii mei rationem afferam, quum alienum repudiem.

Non solertissimus in arte scribendi fabulas quæ in scenam inducuntur, peritissimus autem quum fabulas commenticias fingeret, Robertus Greenus unus tamen fuit e scriptoribus, tunc ætate florentibus, qui scenam renovarunt et gloriam comparaverunt ex omnibus scribendi generibus quæ coluerunt. Numeratur etiam inter celeberrimos. Norvico (Norwich) natus est circa annum millesimum quingentesimum sexagesimum (1560) et Cantabrigiensibus Athenis, ut Marlovius, educatus fuit. Bacalarius artium factus est quum Gymnasii cui Sanctus Johannes nomen discipulus esset, anno millesimo quingentesimo septuagesimo octavo (1578), et Magister artium quum in Gymnasio Clarehall vocato formaretur, anno millesimo quingentesimo octogesimo tertio (1583). Interea iter ingressus est in diversas Europenses terras, et Hispaniam, Italiam aliasque regiones lustravit. In Oxonienses Athenas coaptatus anno millesimo quingentesimo septuagesimo septimo (1578), sacerdos ordinatus fuit et Tollesburii (Tollesbury) presbyter designatus anno mille-

[1] Allusion-Books, Part I, pp. XLIII-XLIV.

simo quingentesimo octogesimo quarto (1584), ante diem tertium decimum Calendas Quintiles (19 juin). Dulcedine litterarum illectus, eodem anno primum ex operibus suis, libellum *The Myrrour of Modestie* inscriptum, composuit; anno sequente, ad medicinæ studium paulisper se contulit et anno millesimo quingentesimo octogesimo sexto (1586) matrimonio junctus fuit. Sed uxorem suam paulo mox deseruit ut in stupra prorumperet quibus plusve minusve se contaminaverunt Marlovius, Nash, Peelus, Lodgius, socii et æmuli sui, simul ac plerique scriptorum ætate æqualium. E vita discessit aliquot post annis, ante diem quartum vel tertium Nonas Septembres, anno millesimo quingentesimo nonagesimo secundo (le 2 ou le 3 septembre 1592).

Nil præterea de vita ejus compertum est. Nonnullis etiam e rebus supra relatis fides incaute non adhibenda est, donec certioribus argumentis roborentur. Cæteræ, quæ multæ sunt, originem ducunt a duobus auctoribus qui venerunt in suspicionem mendacii et nullam habent auctoritatem. Imo, quædam extra fidem sunt. E duobus fontibus illis, unus est libellus qui dicitur :

« *The Repentance of Robert Greene, Maister of Artes. Wherein by himselfe is laid open his loose life, with the manner of his death. At London, Printed for Cuthbert Burbie, and are to be sold at the middle shop in the Poultry, under Saint Mildreds Church, 1592, 4 to* [1]. »

Alter cui titulus imponitur : « *Four letters, and certaine Sonnets : Especially touching Robert Greene, etc., 1592,* » opus est Gabrielis Harveii, qui Greeno pertinaciter infensus fuit.

Quum *the Repentance* legerem, inquit Dycius, mihi in mentem venit hunc libellum non a Greeno scriptum fuisse. Eum existimavi compositum fuisse a scriptore qui sibi proposuerat ut lucrum faceret e magna ejus fama. Duabus autem rebus de sententia deterritus fui. Proæmium legendo quod Chettelus in fronte libelli *Kind-Harts Dreame* inscripti præposuit, reperi eum qui opus titulo *Gallicam academiam* (*The French Academy*) in linguam britannicam transtulit, T. B. (ut verisimile

[1] The Dramatic Works of Robert Greene, to which are added his poems. With some account of the author, and Notes, by the Rev. Alexander Dyce, B. A. London, W. Pickering, 1831, 2 vol. in-8°, vol. I, p. II.

est, Thomam Beardum), disserentem de Britannis qui deos nullos esse omnino palam contendere ausi sunt, testem protulisse unum e Britannis illis, cujus nomen silentio præteritur, et qui se ipsum peccati insimulaverit, quum ira cœlesti oppressus fuerit. » Ea referens, locum sumptum e libello cui « *The Repentance* » nomen transcribit.

Quod primum senserat Dycius vero congruens esse mihi videtur, duo enim testes quibus de sententia sua deterritus fuit scribendo non rebus lumen adhibuerunt idoneum et, ut supra dixi, in suspicionem mendacii inciderunt.

Ostendam infra Chetteli testimonium nullum habere pondus. T. B. vero, si unus et idem est ac Thomas Beardus, pariter in suspicionem venit. Unus erat ex illis qui Puritani vocabantur, et quum ad Marlovium revertar, illud planum faciam, hos iisdem temporibus pertinaciter iis qui fabulas dicebant et agebant infensos fuisse, et sæpius jure ac merito ira incensos fuisse flagitiis quibus scenici ludi tempus opportunum et locum aptum præbebant. Iis qui fabulas docebant longe inimicissimi erant. Diligentissime inquirebant minima eorum facinora, ut illa iis in perniciem caderent, vel ex illis crimina falsa aut vera eruerent. Statim ut ii e vita discessissent, memoriam eorum arripiebant et ex illa consilia vel admonitiones sumebant. Cæterum eodem modo se gerebant erga omnes ætate æquales qui Deorum contemptione insignes fuerant. Si facultas esset credendi eos pœnituisse culparum suarum, pœnitentia vel falsa, vel vera verbis effingebatur aptissimis ad animos peccantium movendos. Si contra ii non mutati essent in pœnitentiam antequam spiritum extremum redderent, Puritani solebant audaciter augere scelerum immanitatem et pœnæ cruciatus ut majorem terrorem peccantibus inferrent. Animum intendebant non ad res exponendas accommodate ad veritatem, sed ad propositum suum perficiendum, et quod erant ita mente affecti, religio iis non erat quominus verum corrumperent, res etiam falsas fabricarentur. Hanc morem eventa narrandi servavit Thomas Beardus quum Divinorum Judiciorum Theatrum composuit, et is qui scripsit libellum *The Repentance* inscriptum cujus locum profert T. B. (forte Thomas Beardus) iisdem cupiditatibus serviebat, ut apparet, et non accuratius parcebat famæ eorum quos incursabat. Quod comperies si solum

legeris præcipuos libelli locos sæpissime exscriptos a criticis qui non sentiebant judicia sua his indiciis refelli.

A primis litteris proæmii quod typographus Cuthbertus Burbius obsignavit, patent animus Greeno infestus et propositum scriptoris et eorum qui libellum ediderunt.

« *The Printer to the Gentlemen Readers.*

« Gentlemen, I know you ar not unacquainted with the death of Robert Greene, whose pen in his life-time pleased you as well on the Stage as in the Stationers shops : And, to speake truth, although his loose life was odious to God and offensive to men, yet forasmuch as at his last end he found it most grievous to himselfe (as appeareth by this his repentant discourse), I doubt not but he shall for the same deserve favour both of God and men....

« For herein appeareth that he was a man given over to the lust of his owne heart, forsaking all godlines, and one that daily delighted in all manner of wickednes. Since other therefore have forerun him in the like faults, and have been forgiven both of God and men, I trust hee shall bee the better accepted, that by the working of Gods holy spirit, returnes with such a resolved Repentance, being a thing acceptable both to God and men.

« To conclude, forasmuch as I found this discourse very passionate, and of woonderful effect to withdraw the wicked from their ungodly waies, I thought good to publish the same : and the rather, for that by his repentance they may as in a glasse see their owne follie, and thereby in time resolve that it is better to die repentant, than to live dishonest.

« Yours, C. B... »

Nec color, nec verba speciem referunt orationis Greeno propriæ; imo, etiamsi peccati dolore animus ejus omnino mutatus fuisset, non verisimile est eum locos infra relatos scripsisse, loci enim illi pugnant cum locis aliis quos ipse, vivus, typis mandavit.

Primus locorum illorum attinet ad iter quod suscepit in Europenses terras :

« For being at the Universitie of Cambridge, I light amongst wags as lewd as my selfe, with whome I consumed the flower of my youth, who drew mee to travell into Italy, and Spaine, in which places I sawe and practizde such villainie as is abhominable to declare. Thus by their counsaile I sought to furnishe myselfe with coine, which I procured by cunning sleights from my Father and

my friends, and my Mother pampered me so long, and secretly helped mee to the oyle of Angels, that I grew thereby prone to all mischiefe : so that beeing then conversant with notable Braggarts, boon companions and ordinary spend-thrifts, that practized sundry superficiall studies, I became as a Sien grafted into the same stocke, whereby I did absolutely participate of their nature and qualities. At my returu into England, I ruffeled out in my silks, in the habit of Malcontent, and seemed so discontent, that no place would please me to abide in, nor no vocation cause mee to stay myself in... *The Repentance*. Sig. C.

Fabella quam T. B. (Thomas Beardus?) refert non minus idonea est ad demonstrandum ea quæ significari volui :

« Comming one day into Aldersgate street to a welwillers house of mine, hee with other of his friendes perswaded mee to leave my bad course of life, which at length would bring mee to utter destruction, whereupon I scoffingly made them this answer : Tush, what better is he that dies in his bed than he that endes his life at Tyburne, all owe God a death : if I may have my desire while I live, I am satisfied, let me shift after death as I may. My friends hearing these words, greatly greened at my gracelesse resolution, made this reply: If you feare not death in this world nor the paines of the body in this life, yet doubt the second death, and the losse of your soule, which without hearty repentance must rest in hell-fire for ever and ever. Hell, (quoth I) what talke you of hell to me? I Know if I once come there, I shal have the company of better men than myselfe, I shal also meete with some madde knaves in that place, and so long as I shall not sit there alone, my care is the lesse. But you are mad folks (quoth I) for if I feared the Judges of the bench no more than I dread the judgements of God, I would before I slept dive into one Carles bagges or other, and make merrie with the shelles I found in them so long as they would last. And though some in this company were Fryers of my owne fraternitie to whom I spake the wordes : yet were they so amazed at my prophane speeches, that they wisht themselves foorth of my company. » Sig. B. 2.

In alio loco, Greenus nequitiam suam confessus verbis candidis, sæpe etiam protervis, narrat eum quodam die misericordia Dei commotum fuisse, levius autem quam ut a vitiis suis in perpetuum se abstineret.

« ... After I had by degrees proceeded Maister of Arts, I left the Universitie and away to London, where (after I had continued some

short time, and driven my self out of credit with sundry of my frends, I became an Author of Playes, and a penner of Love Pamphlets, so that I soone grew famous in that qualitie, that who for that trade growne so ordinary about London as Robin Greene. Yong yet in yeares, though olde in wickednes, I began to resolve that there was nothing bad that was profitable: whereupon I grew so rooted in all mischiefe, that I had as great a delight in wickednesse, as sundrie hath in godlinesse : and as much felicitie I tooke in villany as others had in honestie. » Sig. C.

« Yet let me confesse a trueth, that even once, and yet but once, I felt a feare and horrour in my conscience, and then the terrour of Gods judgementes did manifestly teach me that my life was bad, that by sinne I deserved damnation, and that such was the greatnes of my sinne, that I deserved no redemption. And this inward motion I received in Saint Andrews Church in the Cittie of Norwich, at a Lecture or Sermon then preached by a godly learned man, whose doctrine, and the maner of whose teaching I liked wonderful well : yea (in my conscience) such was his singlenes of hart and zeale in his doctrine, that hee might have converted the most (qy. worst) monster of the world.

« Well, at that time, whosoever was worst, I knewe myselfe as bad as he : for being new come from Italy (where I learned all the villainies under the heavens) I was drownd in pride, whoredome was my daily exercise, and gluttony with drunkennes was my onely delight.

« At this Sermon the terrour of Gods judgementes did manifestly tcach me that my exercises were damnable, and that I should bee wipte out of the booke of life, if I did not speedily repent my loosenes of live, and reforme my misdemeanors.

« At this Sermon the said learned man (who doubtles was the child of God) did beate downe sinne in such pithie and perswasive manner, that I began to call unto mind the daunger of my soule, and the prejudice that at length would befall mee for those grosse sinnes which with greediness I daily committed : in so mueh as sighing I said to myselfe, Lord have mercie upon mee, and send me grace to amend and become a new man. But this good motion lasted not long in mee : for no sooner had I met with my copesmates, but seeing me in such a solemne humour, they demaunded the cause of my sadnes : to whom when I had discovered that I sorrowed for my wickednesse of life, and that the Preachers wordes had taken a deepe impression in my conscience, they fell upon me in jeasting manner, calling me Puritane and Presizian, and wished I might have a Pulpit, with sueh other scoffing tearmes, that by their foolish

perswasion the good and wholesome lesson I had learned went quite out of my remembrance : to that I fel againe with the Dog to my olde vomit, and put my wicked life in practise, and that so throughly as ever I did before.

« Thus although God sent his holy spirit to call mee, and though I heard him, yet I regarded it no longer than the present time, when sodainly forsaking it, I went forward obstinately in my misse. Neverthelesse soone after I married a Gentleman's daughter of good account, with whom I lived for a while : but forasmuch as she would perswade me from my wilfull wickednes, after I had a child by her, I cast her off, having spent up the marriage money which I obtained by her.

« Then left I her at six or seven, who went into Lincolneshire, and I to London : where in shorte space I fell into favor with such as were of honorable and good calling. But heere note, that though I knew how to get a friend, yet I had not the gift or reason how to keepe a friend : for hee that was my dearest friend, I would bee sure so to behave my selfe towards him, that he shoulde ever after professe to bee my utter enemie, or else vowe never after to come in my company.

« Thus my misdemeanors (too many to be recited) caused the most part of those so much to despise me, that in the end I became friendles, except it were in a fewe Ale-houses, who commonly for my inordinate expences would make much of me, until I were on the score, far more than ever I meant to pay by twenty nobles thick. After I had wholy betaken me to the penning of plaies (which was my continuall exercise) I was so far from calling upon God, that I sildome thought on God, but tooke such delight in swearing and blaspheming the name of God, that none could thinke otherwise of mee, than that I was the child of perdition.

« Those vanities and other trifling Pamphlets I penned of Love and vaine fantasies was my chiefest stay of living, and for those my vaine discourses, I was beloved of the more vainer sort of people, who beeing my continuall companions, came still to my lodging, and there would continue quaffing, carowsing, and surfeting with me all the day long. Sig. C 2. »

Ut pœnitentia Greenus ad Deum converteretur, necesse fuit semianimus jam esset, inquit is qui The Repentance scripsit, et ejus excessum e vita, præclarum ad peccantes docendum, enarrat verbis quæ similiora sunt superiori sermoni quam qui priorem narrationem finxit, non posteriorem invenerit.

« *The manner of the death and last end of Robert Greene, Maister of Artes.*

« After that he had pend the former discourse (then lying sore sicke of a surfet which hee had taken with drinking) hee continued most patient and penitent; yea, he did with teares forsake the world, renounced swearing, and desired forgivenes of God and the worlde for all his offences : so that during all the time of his sicknesse (which was about a moneths space) hee was never heard to sweare, rave, or blaspheme the name of God as he was accustomed to do before that time, which greatly comforted his welwillers, to see how mightily the grace of God did worke in him.

« He confessed himselfe that he was never heart sicke, but said that al his paine was in his belly. And although he continually scowred, yet still his belly sweld, and never left swelling upward, until it sweld him at the hart und in his face.

« During the whole time of his sicknes, he continually called upon God, and recited these sentences following:

« O Lord forgive me my manifold offences.

« O Lord have mercie upon me.

« O Lord forgive me my secret sinnes,

« And in thy mercie (Lord) pardon them all.

« Thy mercie (O Lord) is above thy works.

« And with such like godly sentences hee passed the time, even till he gave up the Ghost.

« And this in to bee noted, that his sicknesse did not so greatly weaken him, but that he walked to his chaire and backe againe the night before he departed, and then (beeing feeble) laying him downe on his bed, about nine of the clocke at night, a friend of his tolde him, that his Wife had sent him commendations, and that shee was in good health : whereat hee greatly rejoiced, confessed that he had mightily wronged her, and wished that hee might see her before he departed. Whereupon (feeling his time was but short) hee tooke pen and inke, and wrote her a Letter to this effect. »

Litteræ quas Greenus, quum in eo esset ut excederet vita, uxori suæ misit, deinde referuntur. Sed quod verbis, nisi sensibus, longe absunt ab ejusdem epistolæ scripto, quod Harveius in libello suo inclusit, sapienter critici fecissent, si, antequam illi confiderent, expectassent donec illius exemplar, vel saltem exemplum certum tenerent.

Quamvis Greenus indignum in modum libello lædatur, necesse fuit scriptori, qui narrabat se invenisse et edere Greeni scriptum, eum in quodam honore haberet. Cæterum non

videtur odisse suo nomine Greenum. Crimen atrociter defert ut peccantium animos altius commoveat, non ut inquinet famam ejus. Idcirco rem generatim amplectitur, nec ei ultra quam satis est commoratur. Existimat insuper peccatorum infamiam pœnitentia deleri, et quum animi, tum famæ labem aboleri.

Longe venenatiores et immaniores fuerunt aculei contumeliarum in Greenum immissarum a Gabrielo Harveio, qui ei æmulabatur et eum aperte oderat. Quamvis ingenio et arte non tantum præstaret quantum Greenus, Gabriel Harveius famam præclaram consecutus erat. Juris peritissimus (*Doctor in Laws*) carmina solerter fingens, Spenseris amicus, superiorem locum tenebat inter hujus ætatis scriptores. Se præsertim immiscuerat eorum certaminibus. His pariter implicabantur duo ejus fratres, quorum unus sacerdos, alter medicus fuit. Dum jurgio lacessebant litteratos qui, tunc annis æquales, alumni fuerant gymnasiorum quibus *Universités* nomen, et quorum præcipui erant Marlovius, Greenus, Nash, Peelus et Lodgius, unus e tribus fratribus, Ricardus, qui sacerdos ordinatus fuerat, certamen exacerbavit maledicendo superbe et contumeliose his litteratis qui mutuum subsidium alii aliis ferebant adversus scriptores quibuscum inimicitias in commune gerebant, quamvis inter se infensam æmulationem exercerent. Greenus cui, ut videtur, cura respondendi demandata fuerat, causam eorum suscepit. Apud libellum inscriptum : *Quip for an Upstart Courtier, or a dispute between Cloth Breeches and Velvet Breeches*, et aliquot hebdomadibus antequam excederet vita editum, breviter et oblique respondit, paratissime autem, et verbis quæ tetigerunt ulcus Gabrielis Harveii, qui credebatur insectationem concitavisse. Detegebat rem a Gabriele vigilanter obscuratam, tres fratres, humili loco natos, restionis filios esse. Deridebat eos quod Chaldæorum arti credebant, ex quo confecerat etiam causam cur contenderet matrem eorum divinam fuisse. Antequam tempus ad respondendum iis datum fuisset, Greenus e vita excesserat. Hac autem immatura morte Gabrielis Harveii furor non exstinctus, imo incensus fuit, et narrando quomodo Greenus vitæ exitum invenisset, quasdam res, forte veras, præter modum amplificavit, et fabellarum asperrimam et turpitudine plenissimam finxit. Quum Greenum incursavit, non solum ad scriptorem, sed etiam ad hominem spectavit. Nihil in præteritis reliquit rerum quæ inimico suo dedecori erant et famam ejus

tantis contumeliis et falsis criminibus laceravit, ut poetæ memoria, a nullis fortiter defensa, inquinata fuerit, et Harveii fabula, quamvis non diligentissime perpensa esset, fides adjuncta sit.

Apud libellum inscriptum : *Foure letters, and certaine Sonnets : Especially touching Robert Greene, and other parties, by him abused : But incidently of divers excellent persons, and some matters of note* [1], Gabriel Harvcius responsum dedit. Affirmabat se accepisse res quas de Greeno referebat, a muliere quæ poetæ morituro adsedisset.

Ecce præcipua hujus responsi loca.

« My next businesse, inquit Gabriel Harvèius, was to enquire after the famous: author who was reported to lye dangerously sicke in a shoemakers house neere Dow-gate : *not of the plague, or the pockes, as a Gentleman saide, but of a surfett of pickle herringe and rennish wine* » p. 5.

« Truely I have beene ashamed, to hear some ascertayned reportes of hys most woefull, and rascall estate : how the wretched fellow, or shall I say the Prince of beggars, laid all to gage for some few shillinges ; and was attended by lice; and would pittifully beg a penny-pott of Malmesie : and could not gett any of his old acquaintance to comfort, or visite him in his extremity, but Mistris Appleby, and the mother of Infortunatus, Alas, even his fellow-writer, a proper yong man, if advised in time, that was a principal guest at that fatall banquet of pickle-herring (I spare his name [Nash], and in some respectes wish him well) came never more at him : but either would not, or happily could not performe the duty of an affectionate, and faithful frend. The poore Cordwainers wife was his onely nurse : and the mother of Infortunatus [2] his sole compahion : but when Mistresse Appleby came, as much to expostulate injuries with her, as to visit him. — p. 10.

« His hostisse Isam, with teares in her eies, and sighes from a deeper fountaine (for she loved him derely) tould me of his lamentable begging of a penny-pott of Malmesy : and sir reverence how lowsy he, and the mother of Infortunatus were (Iwould her Surgeon found her no worse then lowsy :) and how he was faine poore soule, to borrow her husbandes shirte, whiles his owne was a washing : and how his dublet, and hose, and sword were sold for three shillinges : and beside the charges of his winding sheete, which was foure

[1] London, J. Wolfe, 1592, 4 to.
[2] Greeni nothus filius, si Harveio fides.

shillinges; and the charges of his buriall yesterday in the New-churchyard neere Bedlam, which was six shillinges, and foure pence; how deeply hee was indebted to her poore husbande : as appeered by hys owne bonde of tenye poundes : which the good woman kindly shewed me : and beseeched me to read the writting beneath : which was a letter to his abandoned wife, in the behalfe of his gentle host : not so short as persuasible in the beginning, and pittiful in the ending » p. 11.

« Whiles I was thus, or to like effecte, resolving with myselfe, and discoursing with some speciall frendes : not onely writing unto you : I was suddainely certified, that the king of the paper stage (so the Gentleman tearmed Greene) had played his last part, and was gone to Tarleton : whereof I protest, I was nothing glad, as was expected, but unfainedly sory : aswell because I could have wished, he had taken his leawe with a more charitable farewell : as also because I was deprived of that remedy in Law, that I entended against him, in the behalfe of my Father, whose honest reputation I was in many dueties to tender. Yet to some conceited witt, that could take delight to discover knaveries, or were a fitte person to augment the history of Conny-catchers : O Lord, what a pregnant occasion were here presented, to display leaud vanity in his lively collours, and to decipher the very misteries of that base Arte? Petty Cooseners are not woorth the naming : he they say, was the Monarch of Crosbiters, and the very Emperour of shifters. I was altogether unacquainted with the man, and never once saluted him by name : but who in London hath not heard of his dissolute, and licentious living; his fonde disguisinge of a Master of Arte with ruffianly haire, unseemely apparell, and more unseemelye Company : his vaineglorious and Thrasonicall bravinge : his piperly Extemporizing, and Tarletonizing; his apishe counterfeiting of every ridiculous and absurd toy : his fine coosening of Inglers, and finer jugling with cooseners : his villainous cogging and foisting; his monstrous swearinge, and horrible forswearing; his impious profaning of Sacred Textes : his other scandalous, and blasphemous ravinge; his riotous, and outragious surfeitinge : his continuall shifting of lodginges : his plausible musteringe, and banquettinge of roysterly acquaintaunce at his first comminge; his beggarly departing in every hostisses debt; his infamous resorting to the Banckeside, Shoreditch, Southwarke, and other filthy hauntes : his obscure lurkinge in basest corners; his pawning of his sword, cloake, and what not, when money came short; his impudent pamphletting, phantasticall interluding, and desperate libelling, when other coosening shiftes failed : his imployinge of Ball, (surnamed cuttinge Ball) till he was intercepted at Tiborne, to leavy

a crew of his trustiest companions, to guarde him in daunger of Arrestes : his keping of the foresaid Balls sister, a sorry ragged queane, of whom hee had his base sonne Infortunatus Greene : his forsaking of his owne wife, too honest for such a husband : particulars are infinite : his contemning of Superiours, deriding of other, and defying of all good order? Compare base fellowes, and noble men together : and what in a manner wanted he of the ruffianly and variable nature of Catiline, or Antoony, but the honourable fortunes of Catilina and Antony? They that have seene much more then I have heard ; (for so I am credibly informed) can relate straunge, and almost incredible Comedies of his monstrous disposition : wherewith I am not to infect the Aire, or defile this paper. » p. 9.

« How he departed, his ghostly mother Isam can truliest, and will favourabliest report : how he lived, London remembreth » p. 24.

In alio loco, Harveius narrat lauream coronam a Greeni hospita poetæ mortuo impositam fuisse, et res, quæ in extremis ejus votis fuisset, non consentanea videtur cum peccatorum dolore quem demisse apud The Repentance præ se tulit.

Invidia atrocior quam fuit Harveii odium non expromi potest, et critici, si sapienter fecissent, suspectam habuissent hanc contentionem acerbam, hanc fabularum sordidarum et maledictorum frequentationem. Intentiores saltem ad cavendum, quædam derivassent crimina quæ rationes præbebant opportunas ad causam non contra Greenum agendam, sed pro eo dicendam. Hanc tamen unus ex amicis ejus, Nash, dixit.

Quamvis suo nomine non appellatus fuisset, indiciis tam certis designabatur in uno ex libelli locis ut ei necessitas injuriæ propulsandæ imponeretur. Sed frigidissime pro Greeno litigavit. Quædam ex criminibus, et non gravissima, abnuit; alia silentio prætermisit et enisus est non ut Greeni causam feliciter oraret, sed ut ab ejus causa suam segregaret.

Amicum revera non deseruit Gabrielis Harveii metu, hunc enim incursare perseveravit libellis tam infensis ut ii qui imperium exercebant auctoritatem suam interposuerint et jusserint utriusque libellos supprimi. Nec perspicuum est Nash causam amici sui dereliquisse quod is excederetur vita et in posterum …uiret ei operam dare, quamvis Chettelus res ei vitio vertat. …imilius est Nash vidisse Greeni causam, injuriæ opportu… multæ operæ et laboris esse. Ideo quod fratres Harveia… …n jurgiis aliis lacessebat, arbitratus est occasionem sibi

oblatam non idoneam ad novum movendum certamen quo longius a proposito quam ei in animo erat trahi potuisset, et cujus præterea vix particeps, multis etiam partibus inscius erat.

Non tantum quantum satis est, eam rem critici existimaverunt : Londinium pestilentia vastari quum Greenus mortuus sit, et omnes qui ab urbe discedere potuerant eam effugisse. Ea res, sine dubio, adfuit iis qui hæc falsa crimina contexuerunt. Si temporibus aliis illata essent, quum Greeni amici Londinii habitarent, ea quæ in his rumoribus falsa et simulata erant, in lucem facillime prolata fuissent. Notum habuissent, quomodo Greenus e vita excessisset, vel ad certum saltem rem expedite deduxissent. Pestilentia sæviente, fabula inique conficta tota urbe discurrit. Ii ad quos res pertinebat, fuga sparsi, eam inquirere nequiverunt, et mendacio fides adjuncta fuit. Nil, saltem, rei contradixerunt. Posterius, quum de criminibus illis cognoscere potuissent, nullus hanc litem, jam oblivione exstinctam, suam fecit, et crimina in Greeno illata non dissoluta fuerunt.

Nash tunc urbe aberat [1]. Ipse rei nos certiores fecit quum aperte negavit se composuisse libellum cui Chettelus Greeni nomen inscripserat (*A Groats worth of Wit*). Manebat Croydoni (Croydon) in domo archiepiscopi Whitgifti (Whitgift), qui eum hospitio acceperat [2], ex quo colligi potest eum non tantum bonam

[1] Vide epistolam ad Typographum quam in fronte primæ editionis libelli cui *Pierce Pennilesse* titulus præposuit. Libellus primum editus fuit eo inscio ; scriptum autem non adulteratum fuerat.

[2] Loco sequente operis a d'Israeli compositi et *Miscellanies of Literature* [1], inscripti redditur ratio cur Nash tecto Archiepiscopi Whitgifti reciperetur et eniteretur ut segregaret causam suam a Greeni causa. Ostenditur præterea quare summo in odio esset apud Puritanos et eorum socios.

« *Literary Ridicule.*

« ... When a certain set of intemperate Puritans, in the reign of Elizabeth, the ridiculous reformists of abuses in church and state, congregated themselves under the literary *nom de guerre of Martin Mar-Prelate*, a stream of libels ran throughout the nation. The grave discourses of the archbishop and the prelates could never silence the hardy and concealed libellers. They employed a moveable printing-press, and the publishers perpetually shifting their place, long escaped detection. They declared their works were « printed in Europe, not far from some of the bouncing priests; » or they were « printed over sea, in Europe, within two furlongs of a bouncing priest, at the cost and charges of

[1] Collection of Ancient and Modern British Authors. vol. CCLXXXIII-CCLXXXIV.— Miscellanies of Literature. By d'Israeli, author of « Curiosities of Literature ». A new Edition, revised and corrected. Paris, Baudry's European Library, 1840, 2 vol. in-8°, vol. I, pp. 100-101.

deperdidisse famam quantum relatum fuit, et scriptores qui numero sociorum ejus habebantur quum vitam flagitio deditam ageret, falsis criminibus insimulatos fuisse. Quod ad Marlovium attinet, hoc propemodum constat, etenim si indigna facinora quibus arguitur commisisset, conjectura probabile est eum in Thomæ Walsinghamæ fidem clientelamque non susceptum fuisse.

Chettelo responsum reddens et accurate multisque verbis hærens in re ut videatur ignarus eventorum quæ, ipso absente, Londinii acciderant, Nash scripsit [3] :

« Greene surfeted not of Pickled hearing but of an exceeding feare of his (Harvey's) Familiar Epistles. » Sign. D 4.

« For the lowsie circumstance of his poverty before his death, and sending that miserable writte to his wife, it cannot be but thou lyest learned Gabriell.

« I and one of my fellowes Will Monox (Hast thou never heard of him and his great dagger?) were in company with him a month before he died, at that fatal banquet ol Rhenish wine and pickled hearing (if thou wilt needs have it so) and then the inventorie of his apparrell came to more than three shillings (though thou saiest the contrarie.) I know a Broker in a spruce leather jerkin with a great number of golde Rings on his fingers, and a bunch of keies at his girdle, shall give you thirty shillings for the doublet alone, if you can helpe him to it. Harke in your eare, hee had a very faire Cloake with sleenes, of a grave goose turd greene, it would serve you

Martin Mar-prelate, gent. » It was then that Tom Nash, whom I am about to introduce to the reader's more familiar acquaintance, the most exquisite banterer of that age of genius, turned on them their own weapons, and annihilated them into silence when they found themselves paid their own base coin. He rebounded their popular ribaldry on themselves, with such replies as « *Pap with a hatchet, or a fig for my god-son; or crack me this nut. To be sold at the sign of the Crab-Tree Cudgel, in Thwack-coat lane.* » (This pamphlet has been ascribed to John Lilly, but it must be confessed that its native vigour strangely contrasts with the famous *Emphuism* of that refined writer.) Not less biting was his « *Almond for a Parrot, or an Alms for Martin.* » Nash first silenced *Martin Mar-Prelate*, and the government afterwards hanged him; Nash might be vain of the greater honour. A ridiculer then is the best champion to meet another ridiculer; their scurrilities magically undo each other. »

[3] Strange News, Of the intercepting certaine Letters, and a Convoy of Verses, as they were going Privilie to victuall the Low Countries. Unda impellitur unda. By Tho. Nashe, Gentleman. Printed, 1592, 4°. — I believe, inquit Dycius, (*The Dramatics Works of Robert Greene*, vol. I, p. XCIII) this piece was never reprinted, but was again put forth with a new title-page, as *The apologie of Pierce Pennilesse, or Strange Newes*, etc, 1593.

as fine as may bee : No more words if you bee wise play the good husband and listen after it, you may buy it ten shillings better cheape than it cost him. By S. Silver it is good to bee circumspect in casting for the worlde, theres a great many ropes go to ten shillings. If you want a greasy paire of silk stockings also to shew yourselfe in at the Court, they are there to be had too amongst his moveables. Sign. E 4. »

« Neither was I Greenes companion any more than for a carowse or two. Sign. E.

« A thousande there bee that have more reason to speake in his behalfe than I, who since I first knew him about town have beene two yeares together and not seene him. Sign. L 4.

« Why should art answer for the infirmities of maners? Hee (Greene) had his faultes and thou thy follyes.

« Debt and deadly sinne who is not subject to? With any notorious crime I never knew him tainted. Sign. E 4.

« What Greene was, let some other answere for him as much as I have done, I had no tuition over him, he might have writ another Galatæo of manners, for his manners everie time I came in his companie. I saw no such base shifting or abhominable villanie by him. Something there was which I have heard not seene, that hee had not that regarde to his credite in which (which it) had beene requisite he should. Sign. L 4. »

Quamvis remisse Greeni causam defendat, Nash facere non potest quin Harveii narratum immodicum et invidiosum declaret, et si creditur Chettelo, cujus auctoritas de his non venit in suspicionem, dicta Harveii fortius et dilucidius redarguere potuisset.

In Chetteli libello, *Kind-Harts Dream* inscripto, ad quem infra revertar, Greeni umbra epistolam mittens Petro inopi et egeno (Pierce Pennilesse), id est Thomæ Nash, hunc incursat quod segniter causam suam dixit, eique prædicat hanc animi imbecillitatem futuram esse vanam et non lenituram esse, eo mortuo, adversum invidiosorum animum :

« Robert Greene to Pierce Pennilesse.

« Pierce, if thy Carrier had beene as kinde to me as I expected, I could have dispatched long since my letters to thee : but it is there as in the world, *Donum a dando derivatur :* where there is nothing to give, there is nothing to be got. But having now found meanes to send to thee, I will certifie thee a little of my disquiet after death, of vhich I thinke thou either hast not heard or wilt non conceive.

« Having with humble penitence besought pardon for my infinite

sinnes, and paid the due to death; even in my grave was I scarse layde, when Envie (no fit companion for Art) spit out her poyson, to disturbe my rest. *Adversus mortuos bellum suscipere, inhumanum est.* There is no glory gained by breaking a deade mans skull. *Pascitur in vivis livor, post fata quiescit.* Yet it appeares contrary in some, that inveighing against my workes, my povertie, my life, my death, my burial, have omitted nothing that may seeme malitious. For my Bookes, of what kind soever, I refer their commendation or dispraise to those that have read them. Onely for my last labours affirming, my intent was to reprove vice, and lay open such villanies, as had beene very necessary to be made knowne, wherof my *Blacke Booke,* if ever it see light, can sufficiently witnesse [1]...

« My quiet Ghost (unquietly disturbed) had once intended thus to have exclaimd.

« Pierce, more witlesse, than pennilesse; more idle, than thine adversaries ill imployde; what foolish innocence hath made thee (infant like) resistlesse to beare what ever injurie Envie can impose?..

« It may bee thou thinkst they will deale well with thee in death, and so thy shame in tollerating them will be short: forge not to thy self one such conceit, but make me thy president, and remember this olde adage: *Leonem mortuum mordent Catuli.*

« Avake (secure boy) revenge thy wrongs, remember mine: thy adversaries began the abuse, they continue it: if thou suffer it, let thy life be short in silence and obscuritie, and thy death hastie, hated and miserable.

« All this had I intended to write, but now I wil not give way to wrath, but returne it unto the earth from whence I tooke it: for with happie soules it hath no harbour.

« Robert Greene [2] ».

Est in natura rerum ut Chettelus, Thomam Nash increpando, nitatur ut contentionem exacerbet; sed id conjectura probabile est, Thomam Nash ab eo non improbatum fuisse, si in vituperationem plus minus non cecidisset. Non dubium est quin Greenus inconstantiæ et nequitiæ crimen non effugerit, sed clarius adhuc liquet eum peccatorum inique confictorum ab Harveio insimulatum fuisse. Non in tantas sordes ceciderat, et quum æger in præcipiti fuit, misere sine dubio periit, sed nec

[1] The « Blacke Booke » mentioned in this letter was afterwards published under the Title of « The Blacke Bookes Messenger, Laying open the Life and Death of Ned Browne, etc. » — The Dramatics Works of Robert Greene, ed. Al. Dyce, vol. I, p. xcv.

[2] Kind-Harts Dreame, Allusion-Books, pp. 60-61.

tam fœde, nec tam flebiliter quam res ab inimicis suis narrata fuit. Rerum inopia et amicorum desertio quarum cruciatum expertus est, ex eo sciri possunt quia Londinium pestilentia vastabatur et derelictum fuerat ab iis qui poetæ moribundo opem tulissent. Non est extra fidem eum pestilentia absumptum fuisse. Rei rumor per vulgus sparsus fuerat et eam tanta cum cura Harveius refellit, ut diligentia sua ei magnam auctoritatem afferat.

The Repentance et Harveii libellus editi fuerunt intra quatuor postremos menses anni P. C. N. millesimi quingentesimi nonagesimi secundi (1592). Intra eumdem temporis spatium prolatus fuit libellus usque in hunc diem Greeno adscriptus : *Groats worth of wit*, et quo Marlovius, Nash et Peelus lacessebantur.

Greenus inter uberrimos ætatis suæ scriptores numerandus est. Præcipue solers erat in arte mores æqualium, præsertim mores Londinienses leviter et ingeniose depingendi, quibus imaginibus fingebat subsimile aliquid fabulis commenticiis ætate nostra *Romans Parisiens* vocatis. Contenderunt quidam Greenum in nonnullis harum fabularum seipsum pinxisse, et libelli cui *Never too late* [1] titulus, præcipuam personam, nomine Franciscum (Francesco) imaginem suam reddere. Is Franciscus, ad nequitiam deductus a meretrice, uxorem suam deserit quamvis ea rari exempli sit et specie ac pulchritudine insignis, et solum pluribus post annis in gratiam cum ea redit. Si Greenus uxori suæ eamdem injuriam intulerit, parte aliqua huic Francisco non absimilis fuit. Rerum tamen exitus non idem fuisset, nam si creduntur *The Repentance* et Gabrielis Harveii narratio, Greeni uxor non ad poetam pœnitentem et moribundum visendi ejus gratia venit. His autem narratis non temere credendum est donec certius notæ sint res Greeno privatæ, etenim fieri potuit ut inimici ejus ex illa fabula excerpserint nonnulla facinorum quæ ei crimini data sunt. In mentem

[1] Never too late. Or, a Powder of Experience : Sent to all youthfull Gentlemen; to roote out the infectious follies, that over-reaching conceits foster in the spring time of their youth. Decyphering in a true English historie, those particular vanities, that with their frostie vapours nip the blossoms of every ripe braine, from atteining to his intended perfection. As pleasant, or profitable, being a right pumice stone, apt to race out idlenesse with delight, and follie with admonition. Rob. Greene in artibus Magister. *Omne tulit prunctum.* London, Printed by Thomas Orwin for N. L. and John Busbie, 1590.

eorum ipse hoc consilium injecerat quum, superioribus temporibus, libellos edidisset quibus per ambages improbabat adolescentiæ suæ incontinentiam, et inter quos, « *penitential pieces* » dictos, *The Mourning Garment* et *The Farewell to Folly*, præcipui sunt.

Libelli *A Groatsworth of wit* inscripti duæ sunt partes inter se dissimiles. Prior et longior fabula est genere eadem ac *Never too late*, qua mores perditi ganeonum Londiniensium ita depinguntur ut legentes vehementer moveant. Posterior cum priore cohæret levissime natura rerum et incallide dicendi forma. Greenus qui, ut fertur, posteriorem scripsit, personæ præcipuæ partes suscepit ut doceat primum legentes et deinde nonnullos ex amicis suis. Hæc pars constat e pluribus scriptis quæ præcepta de officiis tradunt, quorum primum carmen est incultum, et haud facile adduci possim quin existimem hos versus a Greeno compositos fuisse ; secundum Decalogi vulgare commentarium, et tertium, de quo supra jam scripsi, complectitur falsa crimina et maledicta quæ speciem habent consiliorum a moribundo superstitibus amicis missorum [1].

[1] Supra retuli horum consiliorum locum qui pertinet ad Marlovium. Ecce loci qui spectant ad Nash, ad Peelum et postremo ad Shakespearum : « With thee I joyne young Juvenall (i. e. Nash), that byting Satyrist, that lastlie with mee together writ a Comedie. Sweete boy, might I advise thee, be advised, and get not many enemies by bitter words : inveigh against vaine men, for thou canst do it, no man better, no man so wel : thou hast a libertie to reproove all, and name none; for one being spoken to, all are offended ; none being blamed, no man is injured. Stop shallow water still running, it will rage ; tread on a worme, and it will turne : then blame not schollers vexed with sharpe lines, if they reprove thy too much libertie of reproofe.

« And thou (i. e. Peele) no lesse deserving then the other two, in some things rarer, in nothing inferiour ; driven (as my selfe) to extreame shifts; a little have I to say to thee : and were it not an idolatrous oth, I would sweare by sweet S. George, thou art unworthie better hap, sith thou dependest on so meane a stay, Base minded men all three of you, if by my miserie ye be not warned ; for unto none of you (like me) sought those burres to cleave : those Puppits (I meane) that speake from our mouths, those Anticks garnisht in our colours. Is it not strange that I, to whome they al have beene beholding : is it not like that you, to whom they all have beene beholding, shall (were ye in that case that I am now) be both at once of them forsaken ? Yes, trust them not : for there is an upstart Crow (i. e. Shakespeare), beantified with our feathers, that with his *Tygers heart wrapt in a Players hide*, supposes he is as well able to bumbast out a blanke verse as the best of you ; and being an absolute *Johannes fac totum*, is in his owne conceit the onely Shake-scene in a countrie. O that I might intreate your rare wits to bee imployed in more profitable courses : and let these Apes imitate your past excellence, and never more acquaint

Supra retuli responsum Chetteli, qui libellum ediderat, querimoniis Marlovii et Shakespeari. Narravi quomodo libello, cujus auctoritas primum vocata fuerat in dubium, fides deinde adjuncta sit.

Inter multos scriptores qui rem perpenderunt, unus, et nisi fallor, solus omnium, libelli fidem suspectam perseveranter habuit. Ille quidem Paynus est Collierus, qui scientia excellenti singularique et judicio firmo subtilique nituit. Ex annalium vetustate memoriam eorum qui fabulas in scenam inducere cœperunt primus eruit, et tanto cum studio ad hanc indagationem animum intendit, ut abhinc nil magni momenti et ponderis rebus quas invenit additum sit, quamvis in his rebus mendæ quædam notatæ fuerint. Caute quid sentiret exposuit, verbis autem quibus significat rem quam in dubium vocaverat in animo suo proxime ad certum deductam fuisse.

them with your admired inventions. I know the best husband of you all will never prove an Usurer, and the kindest of them all wil never proove a kinde nurse : yet, whilst you may, seeke you better Maisters ; for it is pittie men of such rare wits, should be subject to the pleasures of such rude groomes.

« In this I might insert two more, that both have writ against these buckram Gentlemen : but let their owne works serve to witnesse against their owne wickednesse, if they persever to maintaine any more such peasants. For other new commers, I leane them to the mercie of these painted monsters, who (I doubt not) will drive the best minded to despise them : for the rest, if skils not though they make a jeast at them.

« But now returne I againe to you three, knowing my miserie is to you no news; and let me heartily intreate you to bee warned by my harmes. Delight not (as I have done) in irreligious oaths; for, from the blasphemers house, a curse shall not depart. Despise drunkennes, which wasteth the wit, and maketh men all equal unto beasts. Flie lust, as the deathsman of the soule, and defile not the Temple of the holy ghost. Abhorre those Epicures, whose loose life hath made religion lothsome to your eares ; and when they sooth you with tearmes of Maistership, remember Robert Greene, whome they have often so flattered, perishes now for want of comfort. Remember, gentlemen, your lives are like so many lighted Tapers, that are with care delivered to all of you to maintaine: these with wind-puft wrath may be extinguisht, which drunkennes put out, which negligence let fall: for mans time of it selfe is not so short, but it is more shortened by sin. The fire of my light is now at the last snuffe, and the want of wherwith to sustaine it; there is no substance left for life to feede on. Trust not then (I beseech yee) to such weake staies : for they are as changeable in minde, as in many attires. Well, my hand is tired, and I am forst to leave where I would begin ; for a whole booke cannot containe their wrongs, which I am forst to knit up in some few line of words.

« Desirous that you should live, though himselfe be dying.

« ROBERT GREENE. [1] »

[1] *Allusion-Book,* part. I, pp. 30-31.

« We have some doubt of the authenticity of the *Groats worth of wit* as a work by Greene, inquit ille (*Life of Shakespeare*, p. CXXXII).

Quamvis Alexander Dycius qui perdocte Marloviana opera edidit, de sententia illa, ut supra dixi, decesserit, attamen hac de re cum Payno Colliero in omnes partes consentio, eam enim ad probandam multa concurrunt quibus veri fit omnino similis. Non nego fabulam quæ prior libelli pars est, a Greeno compositam fuisse. Res fieri potuit. Fabula tamen non inter optimas poetæ numeranda esset, etenim illa vis et quasi flamma oratoria quibus alia ejus scripta nitent in nulla narratus parte fulget. Verum Greenus forte fessus erat, vel primos sentiebat stimulos morbi quo decessit oppressus. Optimi scriptores his ingenii imminutionibus afficiuntur. Nec amplius mirum est si fabulam compositam, sed non editam, reliquit. Quamvis Greenus superiorem locum inter suæ ætatis scriptores tenuerit, nonnulla ex operibus ejus primum edita fuerunt pluribus annis postquam mandata fuerant librariorum tabulis (*Stationers Book*) in quas libri qui mox edituri erant referebantur. Segnitia vel inconstantia eum forte morabantur quominus libros inscriptos componeret, vel librarii exspectabant, antequam eos in vulgus emitterent, dum legendi studium longa cunctatione motum fuerit.

Sed non verisimile est eum imaginem suam reddere voluisse quum partes finxerit Roberti, præcipuæ personæ. Si fabula a Roberto Greeno composita est, sine dubio in scripto aliud nomen ei impositum fuerat. Is Robertus, fœneratoris filius, exheres scriptus est a patre suo quod irreverenter ejus commercium et avaritiam vituperavit. Ea mente ut ultionem petat e fratre suo Lucano, quem pater eorum heredem ex asse instituit, eum vincit per artes meretricis cui Lamilia nomen, et de fortunis omnibus deturbat. Sperabat se participem fraternorum bonorum a meretrice facturum esse. Lamilia autem expedit se laqueis ejus Lucano probrosa consilia fratris prodendo, et Robertus, omnis spei egenus, in eam necessitatem venit ut fabulas doceat. Quæ fabulæ, plausibus magnis exceptæ, ei primum quasdam opes præbent. Opes autem illæ mox consumuntur et in turpitudinem devolvit.

Minime miror si quis fatetur de culpis quas juvenis commiserit et amores impudicos quibus olim flagraret palam repudiet, ut effecit Greenus in nonnullis libellorum suorum, peccata enim

illa, hominibus judicibus, non turpia sunt et infamiam non inferunt. Sed extra fidem est eum, vi ac necessitate nulla coactum, se insimulasse facinorum fœdorum qui eum ignominia notabant. et res solis inimicis ejus vera videri potuit. Ut ad eam cogitationem deduceretur, necesse fuisset ei in animo esset populo in odium venire, et hoc propositum nullo modo apparet, vel indulsisset inverecundo animo qui non suus erat, vel in ipso fuisset vis pœnitendi quæ tanta nusquam ostenditur. Causæ cur critici impediti fuerint ne perciperent rem vero non consonam esse, præsertim ex eo profectæ sunt quod *A Groatsworth of Wit*, *The Repentance* et Gabrielis Harveii libellus prope eodem tempore editi fuerunt. Existimarunt hominem in has sordes prolapsum et ad tantam vim pœnitendi adductum ausisse præ se ferre hæc facta, flagitii plena et dedecoris. Ratio autem, per similitudinem inducta, jacet si *The Repentance* opus est falsum, et ad rem pro certa putandam ductus sum non solum causis supradictis, sed etiam ea ratione, meo judicio indubitata, quod Greenus, in operibus certis, eo vivo, editis, de se ipso et de quibusdam vitæ suæ eventis loquens, verbis utitur dissimillimis verborum in *The Repentance* prolatorum et rem non eodem modo narrat. Supra retuli hujus libelli locum quo confitetur, dum Europenses terras lustraret, res turpes et exsecrandas commisisse. Rem vero longe aliter litteris mandaverat, eam etiam negaverat in *A notable Discovery of Coosnage* [1], libello quem superiore anno ediderat et cujus fides comperta est.

« To be briefe, Gentlemen, inquit Greenus, I have seen the world and rounded it, though not with travell, yet with experience, and I crie out with Salomon, *Omnia sul sole vanitas.* I have smyled with the Italian, and worn the vipers head in my hand, and yet stopt his venome. I have eaten Spanishe Mirabolanes, and yet am nothing the more metamorphosed. Fraunce, Germanie, Poland, Denmarke, I know them all, yet not affected to any in the fourme of my life;

[1] A Notable Discovery of Coosnage. Now daily practised by sundry lewd persons, called Connie-catchers, and Crosse-biters. Plainely laying open those pernitious sleights that hath brought many ignorant men to confusion. Written for the general benefit of all Gentlemen, Citizens, Aprentises, Countrey-farmers and yeomen, that may hap to fall into the company of such coosening companions. With a delightfull discourse of the coosnage of Colliers. *Nascimur pro patria.* By R. Greene, Maister of arts. London Printed by John Wolfe for T. N. and are to be sold over against the great South doore of Paules, 1591, 4°. — Reprinted, 1592.

onelie I am English borne, and I have English thoughts, not a devill incarnate because I am Italianate, but hating the pride of Italie, because I knowe their peevishnes : yet in all these Countreyes where I have travelled, I have not seene more excesse of vanitie then wee Englishe men practise through vain glory. » Ed. 1591. Sign. A 2.

Aliis partibus, libelli quibus « penitential pieces » cognomen, eodem modo dissentiunt a libellis qui in Greenum e vita excessum collati fuerunt, et si priores posterioribus opposueris, clarum fiet posteriores non ejus opus esse. Vidimus cæterum quomodo prior Greeni confessio inimicos suos incitaverit ad posteriorem fingendam, poeta enim in bonis consiliis non fortiter steterat et in assueta pristinaque vitia brevi revolverat. Sed manifesto ii qui libellos falsos scripserunt errore fanatico et iracundia incendebantur. Transierunt finem et modum, et speciem cum vero non convenientem induendo rebus, fraudem ipsi fecerunt apertam.

Greenus, sine dubio, mobili ingenio erat, et natura vehemens. Libidinibus suis obnoxius, sæpe adolescentiæ erratis indulsit. Inverecundus autem et protervus non erat. Certis ejus libellis res in lucem profertur. Modestia et modo sermonis latius etiam opinione insignis est, et Alexander Dycius, in proœmio quod in fronte operum ejus præposuit, confirmavit eum effugere crimen obscenitatis argumentis valentissimis quæ, meo judicio, revinci non possunt. Nec merito ac jure de lepido acutoque ejus ingenio ii existimant qui credunt eum consulto et nulla necessitate obstrictum, culpam famæ suæ tam perniciosam commisisse.

Præterea prior libelli pars a posteriore tantum dissentit dicendi genere et sententiis, ut credere non possim utramque ab uno et eodem scriptore compositam fuisse. Priorem, quæ nihil præter historiam duorum fratrum inter se simultates exercentes complectitur, Greenus vel imperfectam reliquit, vel ita conclusit ut cum ea, si libellus legentibus gratus esset, aliorum eventorum narrationem conjungendi facultatem haberet. Chettelus contra ei nihil conjunxit nisi præcepta de officiis quibus præcipue enititur ut simultates suas satiet. Propositum autem incallide et inculte ad effectum adduxit. Res tibi clare apparebit, si legeris locum quo rerum et verborum commissura facta est.

« Heere (Gentlemen), inquit is qui dicitur Greenus esse, breake I off Robertos speech; whose life in most parts agreeing with mine, found one selfe punishment as I have doone. *Heereafter suppose me the said Roberto,* and I will goe on with that hee promised: Greene will send you new (now?) his groa(t)sworth of wit, that never shewed a mites-worth in his life: and though no man now be by, to doe me good, yet ere I die, I will by my repentance indevour to doe all men good [1]. »

Si Greenus inchoatam narrationem vere abrupisset ut cum ea conjungeret præcepta quæ solum inferius tradere putavisset, verisimile est eum aliis verbis transitum effecisse.

Supra dixi quam male nati sint versus priori parti proximi et quam pertritum sit commentarium his postpositum. Oratio autem *To those Gentlemen* inscripta, quæ omnes in Marlovium Nash, Peelum et Shakespearum insectationes comprehendit, non solertius conjuncta est sermonibus de officiis.

« Had I regarded the first of these rules, or beene obedient at the last; I had not now at my last ende, beene left thus desolate. But now, thought to my selfe I give *Consilium post facta;* yet to others they may serve for timely precepts. And therefore (while life gives leave) will send warning to my olde consorts, which have lived as loosely as myselfe; albeit weakenesse will scarce suffer me to write, yet to my fellowe Schollers about this Cittie, will I direct these few insuing lines [2]. »

Insuper, quum libellus penitus introspicitur, multis partibus extra fidem esse apparet. Res quam declarant ii ipsi qui libellum ediderunt, non adnotata fuit. Greenus qui postremos dies, vel potius postremas hebdomades vitæ suæ libellum scripserit, temporibus illis vires, quum corporis tum animi sui, Harveio si fides, incontinentia enervaverat, et tam torpidus et stupidus erat, ut libello condendo inhabilis fuisset. Aut Gabrielus Harveius, et is qui *The Repentance* scripsit adauxerunt mala et opprobia quibus Greenus moriens oppressus fuit, aut Greenus libellum non scripsit. Cæterum is qui non inscius est se in desperatum morbum incidisse et conversus est vera pœnitentia, gravius res tanti momenti respicere solet. Si sit quidem quod totam in seipsum verecundiam abjecerit, ut animos eorum qui olim flagitiorum suorum participes fuerint

[1] *Allusion-Books*, part. I, p. [illegible].
[2] *Allusion Books*, part. I, p. [illegible].

permoveat, aliter tamen loquitur. Si Greenus ad tantam desperationem adductus fuisset, de culpis sociorum suorum non tam accurate dixisset, nec eos irrisisset verbis quæ multo magis ad eos accendendos quam convertendos valebant. Lodgius et Peelus, ejus æmuli, non amici fuerant. Marlovio etiam inimicissimus erat, et tantum in adversos æmulos studium vix mente concipitur.

Non erga Marlovium utitur verbis consentaneis societati quæ inter eos fuerat. Nulla veri specie induitur sermo ejus quum contendit se amicum esse Marlovio, etenim ab eo scenæ imperio spoliatus erat et eum exinde vexabat continuis et acerbis insectationibus. Vice versa, eum incursando vehementer et postulando reum impietatis, se plus æquo expedibat mutuo fœdere quod inter se junxerant litterati e scholis quibus *Universités* nomen orti, et quod neuter fregerat. Qui libellum scripsit hac in re imperite egerat. Inscitia ejus confestim deprehensa fuit et multos primum deterruit quominus crederent libellum a Greeno scriptum fuisse.

Chetteli tandem Marlovio et Shakespearo responsum ansas dat non minores suspicioni. Magis quam cæteros libellos forte fidem excedit. Si primum inquiritur quemadmodum Chettelus adductus fuerit ad fraudem edendam magis specie quam re ipsa periculosam, Greenus enim e vita excesserat, et justi verique jura repeti non poterant, momenta quibus ad rem motus fuit mox apparent.

Junior quam fabularum scriptores quos incursabat, Chettelus vix litterarum viam inibat, et id conjectura probabile est eum ant sponte sua, aut alieno consilio, non prætermisisse occasionem se vindicandi ab his scriptoribus, ætate majoribus, quorum superba fastidia forte passus erat, vel imminuendi dignitatem scriptorum gloria quorum fama sua obscurabatur. Est in natura rerum ut Chettelus, sive cum Harveio, sive cum puritanis consentiret ad scriptores illos falsis criminibus insimulandos. Indicia, quæ infra perpendam, rem etiam declarare videntur.

Adde quod injuriæ illæ frequentissimæ fuerunt inter omnium gentium et ætatum scriptores. Ipsi etiam ad illarum opem confugerunt boni viri, quum sua superbia aut privata res læderentur. Itaque non valet quod Dycius dixit contra eos qui in hac sententia sunt : Chettelum, quamvis pauperem, inter bonos nume-

ratum esse, et non eum fuisse qui hanc culpam commisisset. Sed non tam compertum est quam Dycius putat Chettelum in numero bonorum virorum fuisse, et temporibus illis ii qui scribebant non tam verecunde et religiose res quæ spectant ad litteras agebant quam ii qui scribunt hodie. Quum hæc edidit maledicta falsaque crimina quæ, jam pervulgata, ut verisimile est, collegit et non fabricatus est, Chettelus existimabat sine dubio æmulis plusve minusve invisis et in periculum ac discrimen adductis facetos exhibere ludos.

Una etiam rerum circumstantium hanc vim habet ut hoc demonstret. In libello suo Chettelus lædit famam Shakespeari qui, ut ipse, viam litterarum ingrediebatur, lenius quam Marlovii qui tunc florebat. Asperrime utrique maledicit. Sed præsentiens fore ut a priore, propter ejus summum ingenium et æquiorem ætatis agendæ rationem, magis metuat quam a posteriore, quem sine dubio conspexerat in periculum devolutum, inimicis circumseptum et insana vivendi ratione libidinibusque immodicis in præceps tractum, et has ob causas contemnendum, dissimillimo modo adversus eos se gerit. Marlovio brevissimum fastidiosumque responsum reddit :

« With neither of them... Chettelus inquit, was I acquainted, and with one of them I care not if I never be[1].

Cogitans vero Marlovium qui in summo discrimine, sed adhuc non perditus est, futurum esse sævissimum immicum, si periculum effugerit, nititur deinde ut responsi sui arrogantem superbiam mitiget.

« For the first, addit Chettelus, whose learning I reverence, and at the perusing of *Greenes* Booke, stroke out what then in conscience I thought he in some displeasure writ : or had it beene true, yet to publish it, was intollerable : him I would wish to use me no worse than I deserve. »

Shakespearo contra temperat. Enititur ut iram ejus blanditiis leniat, et rei rationem reddit qua, meo judicio, fraus et mendacium clarescunt.

« The other, inquit Chettelus, whome at that time I did not so much spare, as since I wish I had, for that as I have moderated the heate

[1] *Allusion-Books*, p. 38.

of living writers, and might have usde my owne discretion (especially in such a case) the Author being dead, that I did not, I am as sory as if the originall fault had beene my fault, because my selfe have seene his demeanor no lesse civill, than he exelent in the qualitie he professes : Besides, divers of worship have reported his uprightnes of dealing, which argues his honesty, and his facetious grace in writting that aprooves his Art[1]. »

Exponens tandem quemadmodum in partem venerit laboris quum libellus in vulgus editus fuit.

« I had onely, inquit Chettelus, in the copy this share : it was il written, as sometimes Greenes hand was none of the best; licensd it must be, ere it could bee printed, which could never be if it might not be read. To be breife, I writ it over; and as neare as I could, followed the copy; onely in that letter I put something out, but in the whole book not a worde in; for I protest it was all Greenes, not mine nor Maister Nash as some injustly have affirmed. »

Gloriose de se ipso prædicat, ante oculos Shakespeari proponens se scriptum non corrupisse, acerbiores etiam prætermisisse locos. Deinde nititur ut eum deterreat quin poscat codicem inspiciendum, in mentem ejus injiciendo rem fieri non posse, quod ipsi necesse fuerit transcriberet scriptum. pessime exaratum, ut licentia id edendi daretur ab iis qui rei præessent. Cui autem persuadebit se, quum in vulgus emitteret libellum acerbissimum, non servavisse scriptum ut, id testem exhibendo, demonstraret iis qui de re quererentur, eos a Greeno, non a seipso incursatos fuisse?

Excusationem quærit tam miram ut inclinarem ad credendum hoc ei intimo corde non molestum fuisse, quod legentes putarent eum scripsisse libellum studia hominum tanta cum vehementia concitantem. Hanc opinionem res non adhuc annotata confirmat. Libellus in fronte cujus præponitur præfatio qua Chettelus culpam a seipso removere tentat, inscriptus est.

« Kind-Harts Dreame. Conteining five Apparitions, with their Invectives against abuses raigning. Delivered by severall Ghosts unto him to be publisht, after *Piers Penilesse* Post had refused the carriage. »

Tertium vero maledictorum (Invectives) epistola est quam Roberti Greeni umbra ad Petrum inopem et egenum (*Piers*

[1] *Allusion-Books*, p. 38.

Penilesse) id est ad Nash, scribit, ut eum reprehendat quod pro sua memoria remisse dixerit. Mihi mirum videtur quod in medio libello Chettelus in Greenum conferat orationem qua unus ex quatuor scriptoribus supra designatis vituperatur, quum in proœmio negavit se sermonem suum ad fabulam Greeni adjunxisse. Nonne hac arte oblique fatetur crimen non falsum esse, et eum, solum ut decorum servet, illud abnuere?

Rem audendo, haud magno periculo obviam ibat, si, ut verisimile est, occulta pactione fratribus Harveianis et Puritanis jungeretur. Quædam amicitia, at saltem tacita, inter inimicos illorum quatuor scriptorum instituta fuisse videtur, et præsertim adversus Greenum et Marlovium confecta, etenim ut rationem reddat cur plures Greeni libelli, præcipue *The Repentance*, jam editi sint, vel in eo sint ut edantur, Chettelus affirmat poetam mortuum nonnulla scripta apud librarios reliquisse. (*M. Robert Greene, leaving many papers in sundry Booke sellers hands*[1]). Eventus sine dubio opinionem suam superavit. Greeni nomine, quod in maxima gratia apud omnes erat, abusi sunt proterve scriptores et librarii, et in eum collati fuerunt non solum libelli quorum Chettelus editionem prænuntiaverat, sed etiam multi in quorum partem, quum scripti fuissent, nullo modo venerat.

Puritanos præsertim sibi societate et fœdere Chettelus adjunxisse videtur, ut Greenus et Marlovius depingantur erroribus suis perditi et graviter a Deo castigati.

Eadem cum sævitia Marlovius arguitur secundo documento: vulgari carmine cui nomen: *The Atheist's Tragedie*. Quod carmen, a quibusdam eorum qui novissime Marlovii opera ediderunt, id est a Dycio et a legionis britannicæ subpræfecto Francisco Cunninghamo in vulgus emissum fuit ex chirographo qui Payni Collieri erat.

Nuper Symondes et Bullenus hoc vulgare carmen in dubium vocaverunt.

« The ballad in question, inquit Symondes, printed from a M.S. in the possession of the late M. G. P. Collier, has to be classified with other dubious materials furnished by that ingenious student, on which a cautious critic will prefer to found no theories[2]. »

[1] *Allusion Books*, p. 37.
[2] Shakespere's Predecessors in the English Drama, by John Addington Symonds. London, Smith, 1884, 1 vol. in-8° p. 583.

Bullenus adhuc apertius loquitur :

« I have little hesitation, inquit ille, in pronouncing the batlad to be a forgery, though Dyce — who had been victimised on other occasions — and later editors accept it as genuine... *I have not seen the M.S.*, and so am unable to deliver any opinion as to the style of the hand-writing; but when we remember how many documents, proved afterwards to be forgeries, Collier put forward as genuine, we shall be quite justified in rejecting *the Atheist's Tragedie*. It is a work of no great difficulty to imitate with success a doggerel ballad [1].

Quod Dycius et Paynus Collerius in errorem inducti fuerunt vel fraudibus, vel lapsibus quorum plerique, at saltem si soli respiciuntur lapsus quos passus est Paynus Collerius, a scribis commissi fuerunt, rem sapienter tractaverit qui non putabit auctoritatem esse in documentis, donec a criticis ad rem idoneis ea perspecta sint. Dum res in incerto relinquetur, cautus judex cavebit, ut opinatur Symondes, ne de iis rationes concludat quæ saltem plus æquo celeres essent. Attamen ex eo non sequitur ut documenta rejicienda sint quum solummodo in suspicionem incidant, quin etiam, antequam a doctis inspecta sint. Liberum est, meo judicio, donec res in dubium vocatæ, explanatæ sint, e documentis illis conjecturam aut indicia sumere, præsertim quum ea consentiant cum rebus ad certum deductis. Eo magis mihi jus est hoc modo nodos expedire quod valeo ad rationem reddendam cur hoc carmen in suspicionem venerit. Id a viro non illitterato compositum fuisse Symondi Bullenoque concedo, emendatius enim scriptum est. Verum in natura rerum est ut a Puritano conditum fuerit. Res etiam multis indiciis denuntiatur.

Puritani qui studio intemperato impulsi, justi finem et sapientiæ modum persæpe transibant, vituperabant, ut supra dixi, et in his jure ac merito, perniciosa exempla theatris prodita et depravatos scriptorum et scenicorum mores. Obstinate et violentissime exsecrabantur fabulas quasdam propter sententiarum procacitatem et deorum contemptionem notandas et propter flagitia quibus hi profani ludi locum ad occasionem amplissimum præbebant. Eo tempore in libris libellisque suis sine ulla intermissione de re conquerebantur et maledictis laces-

[1] Loc. cit. vol. 1 pp. XIV-XV.

sebant stupra quibus Britannicam Babylomem inquinabat. Iis Marlovius tam invisus erat quam qui maxime ob temeraria et nefaria verba quæ quibusdam fabularum suarum personis accommodaverat, et ob morum suorum nequitiam, quam insigniter impudens ostentabat, quasi illa gloriaretur. Idcirco quum Puritani rescierunt eum inhonesta morte occubuisse, et dum in certamen veniret cum abjecto rivali occisum fuisse, immodico gaudio exultarunt, et enixe operam dederunt ut cædem ejus ad utilitatem suam transferrent. Quoniam persuasum habebant hanc necem iræ divinæ indicium fuisse, eaque Marlovium flagitiorum et impiorum dictorum suorum sævissimas persolvisse pœnas, omni modo laborarunt ut miserandum eventum pervulgarent. Unum e frequentissimis argumentis sermonum eorum factus est et in exempla quibus orationes et libros de officiis illustrabant insertus fuit. Quamvis non visi sint odisse suo nomine Marlovium, cujus consulto nomen omittebant ant deformabant, etenim Wormallus ab iis vocabatur. aut is qui Deos esse nullo pacto putabat, pejorem memoriæ ejus attulerunt injuriam quam ii qui cum eo de gloria certabant. Sola sollicitati cura movendi eos qui libros ipsorum lecturi erant, non veritatis lucem intente conquirebant. Nunquam ab origine repetebant principium rerum, quas undique sumebant, et consilio sæpe adaugebant, ut majus odium in sontem concitarent, et pœna ejus atrocior videretur. Existimo vulgare carmen : *The Atheist's Tragedie* inscriptum, unum esse ex operibus quæ Puritani componebant ideo ut animos docerent et moverent Quamvis is qui versus condidit dicendi genus ad vulgi sensum accommodatum mira similitudine reddiderit, perspicies tamen eum fuisse non illitteratum. Opus cetero puritanus ille probe effecit, at saltem diligenter cuncta crimina Marlovio illata collegit. Quædam etiam laterent si ea non patefecisset. Postquam Marlovium informavit indignum in modum et talem qualis nunquam fuit, affirmando eum Deum verum et Jesum Christum negavisse, omnes pœnarum terrores derisisse, et die ac nocte Deum ferocioribus verbis increpavisse, quasi vita somnio inani similis ei videretur, et non in summam desperationem evasura esset, plura memoriæ tradit quæ respiciunt ad vitam ejus. Insignis erat poeta, inquit ille, et multas scripsit fabulas; verum tam immoderate et intemperante vixit ut nonnunquam incederet magnifice sericatus, et paucos post dies

stipem emendicaret a populo. In Theatro cui *Curtain-Stage* nomen, ludicram artem exercuit. Quum autem juvenis esset et comicas partes ageret, crus suum fregit. Crediderunt plures, quod quidem verisimile videtur, eum casu illo factum fuisse crure debilem et impeditum fuisse quominus scenam in posterum incederet. Ad Robertum Greenum is qui vulgare carmen scripsit deinde spectat, et ei eadem crimina inferens, dicit : Marlovio fuit amicus quondam juvenis et viridis (*Greene*), tam vitiosus quam qui maxime, hominumque a fœmina ortorum pessimus. Deinde ad propositum suum redit, et quum Marlovii miserandam necem narravit, hæc subjicit : Cantabrigiensibus Athenis, in civitate ob eximias scholas pernota, moleste ferunt eum in urbis ludis institutum fuisse et deplorare solent quod arbor quam bono animo excoluissent, non sanos, sed venenatos fructus genuerit. Postmodo, oblitus rem bonam qua improbi abusi sunt, præstantem tamen seipsa permanere, et improborum culpam non in probos relegandam esse, hæc amplius dicit : « ...Si patriam artem didicisset, non talem occubuisset necem et partes tam miserandas non egisset. » Et carmen perficit multis et severis sententiis quæ ad religionem et mores pertinent[1].

Huic carmini adjungam ut in ejus locum supponantur, si critici demonstrant id falsum esse, excerpta quædam ex opere cui titulus : *Theatre of God's Judgement* (1597). Hoc opus scriptum fuit a Beardo[2], puritano altero qui horridior adhuc erat, et cujus verba, inquit Villemanus, atroci virtute incenduntur. Quamvis excerpta illa nihil inauditum referant, attamen ex illis intelligi potest, quæ fuerit iisdem temporibus asperrimorum inter Puritanos opinio de Marlovii nece :

« Not inferior to any of the former in atheisme and impietie, inquit Beardus, and equal to al in maner of punishment, was one of our own nation, of fresh and late memorie, called Marlin (in the margin inscriptum est : Marlow), by profession a scholler, — brought up from his youth in the Universitie of Cambridge, but by practise a playmaker and a poet of scurrilitie, who by giving too large a swing to his owne wit, and suffering his lust to have the full reines, fell (not without just desert) to that outrage and extremitie, that hee

[1] Hoc carmen invenies in notis (A.).
[2] Thomas Beard the Puritan, Olivier Cromwell's tutor (*Bullen*, The Works of Christopher Marlowe, vol. I, p. LXIII).

denied God and his sonne Christ, and not onely in word blasphemed the Trinitie, but also (as it is credibly reported) wrote bookes against it, affirming our Saviour to be but a deceiver, and Moses to be but a conjurer and seducer of the people, and the holy Bible to bee but vaine and idle stories, and all religion but a device of policie. But see what a hooke the Lord put in the nostrils of this barking dogge! So it fell out, that as he purposed to stab one, whom he ought a grudge unto, with his dagger, the other party perceiving so avoyded the stroke, that, withall catching hold of his wrest, hee stabbed his owne dagger into his owne head, in such sort that, notwithstanding all the meanes of surgerie that could bee wrought, hee shortly after died thereof; the manner of his death being so terrible (for hee even cursed and blasphemed to his last gaspe, and together with his breath an oath flew out of his mouth), that it was not only a manifest signe of Gods judgement, but also an horrible and fearefull terror to all that beheld him. But herein did the justice of God most notably appeare, in that hee compelled his owne hand, which had written those blasphemies, to bee the instrument to punish him, and that in his braine which has devised the same [1]. »

Eo modo locus litteris mandatus est in postremis editionibus. Varie autem legitur apud editionem anno P. C. N. millesimo quingentesimo nonagesimo septimo (1597) in vulgus emissam, inquit Bullenus, et res magni momenti est. Pro : *So it fell out, that as he purposed...* legitur : *It so fell out that in London Streets as he purposed to stab*, etc. Hæc vocabula incerta, cum vero non concurrentia : *in vicis Londoniensibus* (*in London streets*) demonstrant Thomam Beardum non accommodate ad veritatem de Marlovii nece certiorem factum fuisse quum memoriæ mandaret hanc tetram et horrendam narrationem indignæ ejus necis, et res mihi magnum fert præsidium, etenim in eam sententiam disputo ut Beardus de vero minime laboraret eique nulla religio esset quominus eventa corrumperet fabulis, quum animos vehementer commovere optaret.

Cum hoc loco, et cum vulgari carmine : *The Atheist Tragedie*, conjungendæ sunt adhuc notæ inscriptæ in volumine quodam Marloviani poematis cui titulus *Hero and Leander* [2]. Hæ notæ, septimo decimo sæculo litteris mandatæ, ut verisimile

[1] *Bullen, loc. cit.* vol. I, p. LXIII-LXIV.
[2] A Bibliographical and critical account..., vol. I, pp. 521-522.

est, nondum in dubium vocatæ fuerunt. Præcipuos horum locos Bullenus retulit (*Appendices* n° II) et Paynus Collierus, in manus cujus volumen venerat, has *in extenso* perscripsit.

In una solum dies apponitur. Litteris consignata fuit anno P. C. N. millesimo sexcentesimo quadragesimo (1640) ante diem quartum Idus Februarias (10 février). Res quas ex illis accipimus, quantum intelligi potest, traditæ fuerunt a Marlovii socio qui in intima ejus familiaritate versatus fuerat. Hujus nomen semper figuratum est secretis litteris quas hodie enodare non possumus. Primæ ex notis illis, in charta recta tituli consignatæ litteris compositis et claris, hæc verba sunt :

« M^r — said [1] that Marloe was an Atheist and wrot a booke against the Trinitie [2] : how that it was all one mans making, and would have printed it, but it would not be sufferd [3] to be printed. Hee was a rare scholar and made excellent verses in Latine. Hee died aged about 30. »

Parvo labore vocabulum Trinitie et Marlovii nomen explicantur, inquit Paynus Collierus, quamvis secretis litteris figurentur. Alia nota, pariter in charta recta tituli consignata, tanta cum cura erasa fuit ut legi non possit. In aversa charta tituli legitur nobilis viri cui sir Roger Manwood nomen epitaphium, primum a Dycio [4] editum, et sine dubio relatum fuit ab eo qui notas scripsit ut ostenderet quod fuerit Marlovii ingenium, quum carmina latine fingeret. In eadem aversa charta scripta est quoque alia nota quam, si omitterem, peccarem, quod ex illa novimus eum qui notas litteris mandavit se ad studium philosophiæ et divinarum rerum contulisse.

« Quanquam Aristoteles reliquit dubium problema hoc esse *An sit mundus æternus*, tamen in eam sententiam inclinat *quod sit æternus*. Neque enim humana ratio altius potest ascendere quam ut statuat mundum esse æternum, et infinitos homines præcessisse nos, ac sequi, hic cogitur subsistere. Sed ex hac ipsa sequitur periculosissima opinio, quod anima sit mortalis, quia philosophia nescit plura infinita, necesse enim est rationem humanam majestate harum rerum obrui, et impingere. — Luth. Enar. in prim cap. Gen. »

[1] Pro tractu et verbo *said*, Bullenus solum hoc interposuit : (*two words follow in cipher*).

[2] Pro duobus vocabulis : *The Trinitie*, legitur apud Bullenum (*two words in cipher*).

[3] Suffred (*Bullen*).

[4] In editione sua Marlovianorum operum.

Ultra, et infra epistolam qua typographus E. B. (Eduardus Bluntus-Edward Blunt) poema Thomæ Walsinghamo dedicavit, hæc nota, ab eodem scripta, legitur :

« Christopher Marloe, who wrot the 2 first sestiads of Hero and Leander was an acquaintance of Mr — of Dover whom hee made become an — so that hee was faine to make a recantation uppon this Text, « The foole hath said in his heart there is no God. » — would say (as Galen) that Man was a more excellent composition then a beast, and by reason thereof could speak ; but affirmed that his soul dyed with his body, and as wee remember nothing before wee were borne, so wee shall remember nothing when we are dead.

« This — learned all Marloe by heart, and divers others bookes : he would never have above one booke at a time, and when hee was perfect in it, hee would put it away and get another. Hee was a very good scholar : teste Mr —.

Postremum initio poematis, in margine, ea verba inscripta sunt :

« Latet in muliere aliquid majus potentius omnibus aliis humanis voluptatibus. » — Marloe was stabd with a dagger, and dyed swearing. »

Ei qui notas illas scripsit, Marlovii poema perplacuisse videtur, et ab eo sine dubio studiose revolutum fuit, lineamenta enim cum calamo duxit subter versus locorum qui ei maximam afferebant delectationem. Hi loci præsertim inveniuntur in duabus primis *Sestiadibus*, a Marlovio ipso compositis. Credo eum litteris eruditum fuisse et ob eam rem religionis quæ Anglicana vocatur fautorem potius quam Puritanum. Ejus tamen notæ accuratissime rumores et crimina referunt a Marlovii inimicis in vulgus emissa.

Thomas Beardus ordine disposuit et vehementius et curiosius quam alii scriptores exprompsit hæc crimina, quæ a fonte ipso sine dubio repetiverat.

Res manifestis indiciis ostenditur, etenim hæc crimina non fama sola nobis tradita sunt. Collecta vel contexta fuerunt ab uno ex his sceleratis qui semper ad indicia deferenda parati sunt, sive spe mercedis, sive ut satient invidiam suam in viros qui virtute quadam, vel nativa, vel labore parta, cæteris præstant, et ab eo in libelli formam ad magistratum cui nomen « Lord Chief Justice » missa fuerunt. Qui libellum scripsit, asseverat Marlovium res quæ ad religionem pertinent et quibus

fidem adjungere Christiani est, negasse, imprimis eas quas Divinæ Scripturæ nos docent de temporum ordine, de jussis a Deo Moysi datis et de origine divina miraculorum a Moyse factorum, de natura divina et christiani cultus et Jesu-Christi, qui, sua sententia, amplius quam Barabbas mortem meruerit, quamvis hic furta et cædes commisisset. Contendit insuper eumdem dixisse veritatis lucem, si quidem vera sint in fide christiana, apud catholicos romanos quærenda esse, non autem apud illos qui *protestants* nominantur, et nihil aliud essent nisi religionem simulantes asini; se, si unquam religionem fabricaretur, illam facillime ita informaturum esse ut præstaret omnibus rebus quæ Novo Testamento traditæ sint; cunctos Apostolos, Paulo excepto, homines fortunis expertes, obtusi ingenii et illitteratos fuisse; se, pariter ac Reginam, pecuniam facturum esse, et inter suos familiares quemdam numerare Poolum, in carcere nomine *Newgate* inclusum et in pecunia percutienda solertem, qui docuerit eum artem cudendi gallicos nummos quibus *Pistoles* nomen et Britannicos *Shellings;* quemdam Ricardum Cholmeleium (Richard Cholmelei) a Marlovio adductum fuisse ad sententiam qua Dii nulli esse omnino putatur, et ipsum rem confessum esse; — quæ crimina, si necesse esset, cuncta jurejurando et ab honestis testibus confirmarentur[1].

Hæc delatio a Ritsone (Ritson) ex Harleiano codice 6853, fol. 300 excerpta, primum in opere ejus inscripto : *Observations on Warton's History of England Poetry*, p. 40, edita fuit. Notaverunt quidam, ut hujus momentum minuerent, nulla e criminibus illis juratis testibus confirmata fuisse, nec etiam quibuscumque testimoniis, et plura, sicut crimen adulterinos cudisse nummos, nullam habere fidem. Ii certe in supervacaneum nisi sunt. Delatio enim, cujus initium, sine dubio, et prima lineamenta ducta sunt ab inconsulto sermone vel e scurrilibus et periculosis jocis Marlovii, in se manifestam habet hanc geminam ineptiæ et malevolentiæ speciem falsis criminibus propriam. Quemadmodum medio ævo crimini dabatur iis quorum machinabantur perniciem, incantatores esse, sic, eo tempore, in regionibus quarum novis religionibus studentes res publicas gerebant, ii arguebantur vel Deos esse nullo pacto

[1] Documentum vid. in notis (B).

putasse, vel summi Pontificis Romani studiosos esse, quod, puritanis judicibus, unum et idem erat, vel aurum fabricatum esse, et adulterinos cudisse nummos. Qui Marlovium insimulabat sceleratus cæterum erat. Hic Ricardus Banes (*Richard Bane* vel *Banes*) inquit Malonus (Malone) apud notam quam ipse inscripsit in volumine quod Bibliothecæ Bodleianæ pars est. Tyburni patibulo affixus fuit, ante diem octavum Idus Decembres (6 Décembre) anno postero, id est anno P. C. N. millesimo quingentesimo nonagesimo quarto (1594), quod fœda commiserat scelera. Antequam rei gnarus essem, eam affirmavissem.

Igitur in Marlovium, quum occisus fuit, jam ex quodam tempore, et forte eo inscio, intendebantur gravissima crimina, ab inimicis suis contexta. Novissime, anno P. C. N. millesimo quingentesimo octogesimo nono (1589) Franciscus Kettus (Francis Kett) qui in schola *Benet College* dicta, anno millesimo quingentesimo septuagesimo tertio (1573) intitutus fuerat (*who was a fellow of Benet College*, inquit Symondus), Norvicii (Norwich) in rogi ignem illatus, vivus combustus fuerat, quod præcepta opinionesque tradiderat religioni christianæ infesta. Ergo id conjectura probabile est, Marlovium brevi implicaturum fuisse capitis dimicatione, cujus impedimentis non sine magno certamine se exsolvisset, quamvis absurda essent crimina. Etiamsi culpa liberatus esset, in periculum venisset ne mitteretur ignominia notatus. Immatura morte ereptus fuit e gravissimis periculis quæ sibi attulerat vitæ suæ flagitiis, at saltem verborum et morum suorum intemperantia asperaverat.

Non dubium est quin interfectus fuerit. Sed de rebus necem circumstantibus, ea quæ narrantur inter se contraria sunt. Ea enim alius alio modo tradidit, et vera ex falsis dijudicare arduum est, quod, sicut cuncta quæ de Marlovii vita traduntur, non simul atque mortuus est, sed longo post intervallo, collecta fuerunt.

Rixa qua concidit Marlovius accidit (res hodie patet), in caupona viculi qui tribus millibus passuum a Londinio distat, et cui Deptfordus (Deptford) nomen. Memorat Vaughanus (Vaughan) eum cum quodam Ingrame (Ingram) a quo ad viculi ferias vocatus esset, contendentem, conatum esse si hunc pugione percutere posset. Telo autem confixus fuit ipse, is enim cum quo certabat manum ejus invertit et pugionem in oculum

et cerebrum ejus infixit [1]. Is qui primus res in hunc modum tradidit, sive bona mente, sive nimia morum severitate, nubem objecit eventorum adjunctis quæ flagitii plena sunt et dedecoris, vel illas omnino mutavit. Neque profecto verum nomen ejus qui cum poeta certabat scriptis mandavit, neque, ut verisimile est, veram jurgii causam. Marlovius, inquit unus ex illis qui de eo memoriæ prodiderunt, Franciscus Cunninghamus, Deptfordum venerat cum muliere moribus suspectissima. Ira incensus, quod seu jure, seu falso, credebat hanc mulierem, quæ a Payno Colliero *a lady* et a Taino *une espèce de souillon* (*drab*) vocatur, injuria læsam fuisse, in certamen venit cum agasone, quem dicunt rivalem ejus fuisse. Alii ferunt jurgium concitatum fuisse inter epulas, in cauponæ cænatorio; alii in cubiculo, quum Marlovius agasonem cum muliere ista stupri commercium habentem deprehendisset [2]. Nec tam valens, nec tam celer quam is cum quo certabat, forte quod debilis factus erat crure quod olim fregerat, poeta ab eo præreptus fuit.

« Voulant poignarder son rival, inquit Tainus, il a le bras retourné par l'adversaire, en sorte que sa propre lame lui entre dans l'œil et dans la cervelle et qu'il meurt, toujours maudissant et blasphémant. »

Franciscus Cunninghamus qui, revero, niti videtur ut temperet animis teneris earum quæ opusculum suum lecturæ sunt, putat vita excessum Marlovii leniorem fuisse, et ejus amicam, quæ nec sua sponte, nec delicto jurgium excitavisset, moribundo

[1] Sir William Vanghan's The Golden-Grove moralized in three Books, 1600, in-16.

[2] Si rem eo modo traditam putamus certam et stupri consuetudinem jam veterem, est in natura rerum ut commercium istud ab omnibus, Marlovio excepto, notum fuerit. Quapropter non est contra fidem locum quemdam orationis Greeni ad Marlovium, Nash et Peelum, in *Groatsworth of Wit*, qui in duas sententias accipi potest, illo contubernio allusisse, obscure autem, verbis solum cadentibus sub intelligentiam eorum qui jam rei certiores facti fuerant. « I know the best husband of you all will never prove an Usurer, and the kindest of them all wil never prove a kinde nurse; yet whilst you may, seeke you better Maisters, for it is pittie men of such rare wits, should be subject to the pleasures of such rude groomes. » (*Allusion-Books*, p. 31.) Veri quoque simile est, ne dicam compertum, rixa illa insidias Marlovio paratas fuisse. Una ex notis mandatis volumini *Hero and Leander* inscripto, de quibus supra dixi, rem fere planam facit. Cujus verba sunt : « Latet in muliere aliquid majus potentius omnibus aliis humanis voluptatibus. — Marloe was stabd with a dagger, and dyed swearing. » — « Poore deceased Kit Marlowe ! » are Nashe's words in the Epistle to the Reader prefixed to the second edition (1594) of *Christ's Tears over Jerusalem*. (Bullen, loc. cit., vol. I, p. LXII).

assedisse et excubuisse donec efflavisset animam. Sententiam suam, cui assentiri velim, tutatur versibus Chapmani (Chapman) qui poema *Hero and Leander*, cui Marlovii manus extrema non accesserat, perfecit [1]. Is qui Marlovium occidit Franciscus Archer nominabatur. Repertum fuit nomen ejus apud funestos annales servatos in ecclesia parochiali sancto Nicholao dedicata. In his annalibus Marlovii cædes paucissimis commemoratur verbis, quorum concisa brevitas acerba et luctuosa est : « *Christopher Marlowe, slaine by ffrancis Archer. The 10 june 1593.* » Qui judicia exercebant Franciscum Archer in jus vocavisse non videntur. Marlovio inimici et invidentes plures erant quam amici. In summum Puritanorum odium pervenerat. Apud probos viros, qui scripta sua, immodice lasciva, vituperabant, non gratiosus erat. Eorum qui rempublicam gerebant in suspicionem inciderat propter calidiores fabularum suarum sententias et propter suam nimiam et procacem linguam. Multis, sine dubio, valde gratum fuit eum e vita discessisse. Nullo causam ejus suscipiente, ab illo qui cædem commiserat nemo pœnas persecutus est. Marlovius decessit ætatis suæ anno nono et vicesimo, corporis viribus et animo virens, imo, quum ingenium suum, labore et rerum usu maturum, ad culmina quæ nondum contigerat insurgeret. Ex operibus ejus quæ supersunt, quantumvis hæc opera quibusdam in partibus absoluta sint, intelligi potest, imperfecte autem, quæ fuissent fabulæ quas, si vixisset, posterius in scenam britannicam induxisset. Opera quæ super-

[1] Ecce Chapmani versus :

> Then, ho, most strangely intellectual fire,
> That, proper to my soul, hast power t' inspire
> Her burning faculties, and with the wings
> Of thy unspherèd flame visit'st the springs
> Of spirits immortal ! Now (as swift as Time
> Doth follow Motion) find th' eternal clime
> Of his free soul, whose living subject stood
> Up to the chin in the Pierian flood,
> And drunk to me half this Musæan story,
> Inscribing it to deathless memory :
> Confer with it, and make my pledge as deep,
> That neither's draught be consecrate to sleep ;
> *Tell it how much his late desires I tender*
> (If yet it know not) and to light surrender
> My soul's dark offspring, willing it should die
> To loves, to passions, and society.

(Bullen, loc. cit., vol. III, pp. 47-48).

sunt per duo sæcula in oblivione permanserunt. Tandem e tenebris in lucem exquisitiore litteratorum judicio vocata, sola sunt ejus vestigia. Nulla imagine, nulla sculptura oris ejus lineamenta posteris tradita fuerunt. Apud illos qui iisdem temporibus scripserunt, nulla inventa fuerunt indicia quibus lacuna illa expleatur, aut e quibus intelligi possit qui fuerint ejus vultus et habitus. Nos solum non fugit (et rem jam notavi), eum postquam prolapsus cecidisset in scenam, pede claudicasse.

Marlovii ingenium et vitæ ejus imaginem, quantum res sineret, evolvi. Nunc mihi superest ut me conferam ad studium fabularum quæ sunt inter ejus præcipua scripta. Solæ hodie nos attentos tenent, et his sublatus fuit Marlovius in altum locum quem inter insignes britannicos scriptores recuperavit et in posterum servabit.

CAPUT IV

De Marlovianis fabulis.

I. De Tamerlano et de versibus non similiter desinentibus (Vers Blancs).

Tamerlanus Magnus (*Tamburlaine the Great*) prima est e Marlovianis fabulis. Acta fuit, ut supra dixi, tempore incerto, congruenti autem vel anno P. C. N. millesimo quingentesimo octogesimo sexto (1586), et hæc est Payni Collieri sententia, vel, et illa sententia verisimilior mihi videtur, anno millesimo quingentesimo octogesimo septimo (1587). Ita ignari sumus rerum quæ ad Marlovii vitam pertinent, et res quas novimus tam paucæ sunt et tam sero inventæ fuerunt ut longo spatio dubium fuerit utrum Marlovius hanc fabulam, necne, scripserit. A Villemano, in insigni ejus libello de Marlovianis operibus, res adhuc in incerto habetur. Reperta fuerant abhinc tria indicia quibus, ut opinabatur, nodus expeditus fuerat et res ad certum deducta. Primum maximi erat momenti. Depromebatur ex nota quam Paynus Collierus invenerat in Henslovii (Henslowe) Diario, cujus scriptum in Dulviciani Collegii (Dulwich College) bibliotheca reponitur :

« Pd (paid) unto Thomas Dickers, the 20 of Desember 1597 for adycyons to Fostus twentie shellinges, and fyve shellenges, for a *prologue to Marloes Tamberlen,* so in all I saye payde twentye fyve shellinges [1]. »

Ex tempore quo nota illa scripta fuit, consequi videtur, inquit Paynus Collierus, ut scenici qui in classiarii præfecti clientela erant, convocati fuerint ad ludos in aula regia faciendos, dum Nativitatis Jesu Christi feriæ agitarentur. Ex ea nota illud quoque consequitur, ut is qui aulica spectacula regebat jusserit

[1] The Diary of Philip Henslowe, p. 71.

duo e Marlovii dramatibus agi. Clarum est tandem hæc dramata a scenicis Dekkero mandata fuisse ut utramque fabulam retractaret et emendaret.

Sed si testes magna auctoritate præditi creduntur, hæc nota Henslovianarum tabularum fraus est. Numeranda est inter chartas quas Paynus Collierus, ut verisimile est, ab hominibus fraudulentis vel inepte jocantibus deceptus, pro certis putavit. Quarum auctoritatem si repudiaveris, quædam historiæ scenicæ sexto decimo sæculo capita, quæ pro re comperta habebantur, in dubium revocabuntur.

Georgins Warner, in suo *Catalogue of the Manuscripts and Muniments of Alleyn's College of Gods Gift at Dulwich*[1] firmissime asseverat hanc notam falsam esse. Albertus Wagner, in proæmio quod in fronte Tamerlani præposuit[2] et Bullenus cum eo consentiunt.

« Mr Collier, inquit Georgius Warner[3], prints this entry (Diary, p. 71), without comment; but in his Hist. of Dramatic Poetry (ed. 1831, vol. iii, p. 113; ed. 1879, vol. ii, p. 491) he refers to it in the following terms :

« There are three pieces of evidence to show that Marlow was the author of *Tamburlaine the Great*, two of which have never yet been noticed. The most conclusive is the subsequent entry in Henslowe's MS. Diary, preserved at Dulwich College, which escaped the eye of Malone.... Here we see Marlow's Tamburlaine mentioned in connection with his Faustus, to the latter of which Dekker had made some additions and written a new prologue for the former... This testimony may be considered decisive. »

« So far from being decisive the testimony is worthless, since the whole entry is evidently a forgery, written in clumsy imitation of Henslowe's hand. The forger, however, has shown some skill in his treatment of a narrow blot or smudge which intersects the upper part of the *ll* in the second « shellinges »; for, in order that the writing may appear to be *under*, aud not *over*, the old blot, he has at first carried up the *ll* (as if writing *u*) only as far as the lower edge of the blot, and has then started again from the upper edge to make the loops. »

[1] Published for the Gobernors by Longmans, Green, and C°, 1881, 1 vol. in-8°.
[2] Marlove's Werke, Historisch-kritische Ausgabe von Hermann Breymann und Albrecht Wagner. Heilbronn, Gebr. Henninger, in-8°, I. Tamburlaine, herausgegeben von Albrecht Wagner, 1885.
[3] P. 159.

Georgius Warner, sine dubio, judex erat idoneus ad causam dijudicandam, et mihi tantum non sumo ut faciam de sententia ejus controversiam. Moleste tamen fero rem ab eo non argumentis gravioribus confirmatam esse. Hujus ampliorem reddere rationem debuisset. « The entries, inquit ille, are generally made by Henslowe himself ». Hoc vocabulum, *generally* declarare videtur Henslovium, quamvis ipse notas sæpissime litteris mandaret, aliquando tamen suo chirographo non usum fuisse[1]. Non supervacaneum fuisset quærere utrum nota illa opus esset, necne, scribæ qui, pro Henslovio hoc die et forte aliis temporibus, in tabulis scripsisset. Si res in priorem sententiam non accipienda est, non ab ea alienum fuisset reddere rationem cur sententia illa repudietur, et nota existimetur tempore inferior quam annus P. C. N. millesimus quingentesimus nonagesimus septimus (1597) et falsa. Ratio deprompta ex eo quod is qui scripsit ex macula atramento facta utilitatem cepit, quum litterarum *ll* lineas duxit, non extra certamen est. Multi ea arte utuntur ut minorem faciant maculæ speciem et tabulæ mundiores appareant ; falsum tamen non committunt. Idoneum quoque fuisset ostendere quam chartæ partem hæc nota teneat, quomodo inter superiorem et inferiorem inserta fuerit et quibus indiciis ex litteris vel ex atramenti compositione ductis, tempus quo scripta fuit definiri possit, tabulæ enim illæ persæpe a Malono evolutæ fuerunt antequam in Payni Collieri manus venirent, et, medio tempore, ut supra dixi, frequenter laceratæ fuerant. Res est multæ cautionis, documentum magni momenti, et ad nodum expediendum affirmare non satis est, necesse est probare. Quanquam is qui negat fidei est bonæ, cujusvis tamen hominis est errare, et donec Georgius Warner accuratius reddiderit rationem cur in sua sententia sit, mihi non liberum erit ei in totum assentiri. Cæterum haud dubium est quin notam pro infecta habere deceat donec res omnino explanetur.

Quamvis nota illa magni momenti et ponderis fuisset, quod dubitationem tolleret, attamen ea non opus est ad hoc palam faciendum : fabulam cui Tamerlanus titulus, a Marlovio scriptam fuisse.

[1] Rem Paynus Collierus in duobus proæmii sui locis affirmat. « The manuscript, inquit ille, p. VIII, is mainly in the handwriting of Henslowe, *assisted here and there by some clerk or scribe whom he employed* » ; et in quinta decima pagina addit : « He generally used his own pen, *but, as we have stated, in some places the hand of a scribe or clerk is visible.* »

Quodam Gabrielis Harveii verbo res jam e tenebris in lucem vocata fuerat. Orationem habens de Marlovio, abhinc unum annum mortuo, eum Tamerlanum nuncupat, et hoc verbo sine dubio non usus fuisset, si Marlovius non scripsisset fabulam. Res præterea explanatur primum missione (l'Envoi) et deinde duobus carminibus quæ Bullenus primus transcripsit, et quibus, meo judicio, optimam adjecit interpretationem.

Ii sunt versus carminis cui nomen *Sonnet*, jam a Payno Colliero relati, et duorum carminum quæ Bullenus primum in lucem revocavit.

SONET

Gorgon or the wonderfull Yeare.

St Fame *dispos'd to cunnycatch the world*
Uprear'd a wonderment of Eighty Eigth;
The Earth, *addreading to be overhurld,*
What now availes, quoth She, my ballance weight :
The Circle smyl'd to see the Center feare :
The wonder was no wonder fell that yeare.
Wonders enhaunse their powre in numbers odd :
The fatall yeare of yeares is Ninety Three :
Parma *hath kist,* Demaine *entreats the rodd;*
Warre wondreth Peace and Spaine in Fraunce to see,
Brave Eckenberg *the dowty*, Bassa *shames,*
The *Christian* Neptune *Turkish* Vulcane *tames.*
Navarre *wooes* Roome, Charlmaine *gives* Guise *the* Phy :
Weepe Powles, thy Tamberlaine *woutsafe* [1] *to dye.*

L' ENVOY

The hugest miracle remains behinde,
The second Shakerley Rash-Swash to binde.

. . . .

The writers Postcript or a friendly Caveat to the second Shakerley of Powles.

SONET

Slumbring I lay in melancholy bed
Before the dawning of the sanguin light;
When Eccho *shrill or some* Familiar Spright

[1] *Wouchsafe*, Dyce.

Buzzed an Epitaph *into my hed.*
Magnifique Mindes bred of Gargantuas race
In grisly weedes His Obsequies waiment (*sic*)
Whose Corps on Powles, whose mind triumph'd on Kent,
Scorning to bate Sir Rodomont an ace.
I mus'd awhile, and, having mus'd awhile,
Jesu (quoth I) is that Gargantua minde
Conquered and left no Scanderbeg *behinde?*
Wowed he not to Powles a second bile?
What bile or kibe? (*quoth that same early spright*)
Have you forgot the Scanderbegging wight.

GLOSSE

Is it a Dreame? or is the Highest minde
That ever haunted Powles or hunted winde
Bereaft of that same sky-surmounting breath,
That breath that taught the Tempany to swell?
He and the Plague contended for the game:
The hawty man extolles his hideous thoughtes,
And gloriously insultes upon poore soules
That plague themselves: for faint harts plague themselves.
The tyrant Sickness of base minded slaves
Oh how it dominer's in Coward Lane!
So Surquidy rang out his larum knell
When he had girn'd at many a dolefull bell.
The graund Disease disdain'd his Toade Conceit
And smiling at his Tamberlaine contempt
Sternly struck home the peremptory stroke.
He that nor feared God nor dreaded Div'll,
Nor ought admired but his wondrous selfe
Like Junos gawdy Bird that proudly stares
On glittring fan of his triumphant taile,
Or like the ugly Bugg that scorn'd to dy,
Aud mountes of Glory rear'd in towering witt.
Alas! but Babell Pride must kiss the pitt.

L'ENVOY

Powles steeple, *and a* hugyer thing *is downe;*
Beware the next Bull-beggar *of the towne.*

FATA IMMATURA VAGANTUR [1].

[1] Bullen, loc. cit., vol. I, pp. lxv-lxvii.

Carmina illa pars sunt Libelli *a new Letter of notable Contents* [1] inscripti et a Gabriele Harveio editi quum jurgio contenderet cum Greeno et Thoma Nash.

« Harwey's *Newe Letter* is dated September 1593, inquit Bullenus, and Marlowe died in the June preceding. The drift of the « goggle-eyed sônet of Gorgon » (as Nashe terms it) and « L'Envoy » plainly is, — « Marlowe is dead; it remains to muzzle Nashe. » The epitaph in the « Postscript » certainly refers to Marlowe, and the meaning of the extraordinary lines « I mus'd awhile, » etc., is the same as in the previous sonnet. But what are we to make of the Glosse? The only sense to be got out of the lines is that Marlowe had fallen a victim to the plague. We know that the plague was raging at that time in the metropolis. Probably Gabriel Harvey was staying in the country, to be out of the reach of infection (His antagonist Nashe had removed to the country in 1592, for safety as we learn from the Private Epistle to the printer prefixed to the first authorised edition of *Pierce Penilesse*), when he wrote his *Newe Letter*. Hearing the report of Marlowe's death he had taken it for granted, when he raised his whoop of exultation, that the poet had died of the plague. We may be sure that, if he had been acquainted at the time with the true account of Marlowe's tragic end, he would have gloated over every detail with ghoul-like ferocity [2].

Conjectura eo verisimilis videtur quod Marlovius, quamvis non ipse cum fratribus Harveianis jurgio contendisset, palam tamen eos probris vexaverat, et præcipue Ricardum, natu minimum, qui sacerdos erat.

« Kit Marloe was wont to say, inquit Nash in libello suo : Have with you to Saffron-Walden [3], that he (Richard) was an asse, good for nothing but to preach of the Iron age [4]. »

[1] With a strange Sonnet, entituled Gorgon. London, J. Wolfe, 1593, 4° (*Lowndes*).

[2] Loc. cit. pp. lxvii. — Voyez aussi : The Blacke Bookes Messenger. Laying open the Life and Death of Ned Browne one of the most notable Cutpurses, Crosbiters and Connycatchers, that ever lived in England. Heerein hee telleth verie pleasantly in his owne person such strange prancks and monstrous villanies by him and his Consortes performed, as the like was yet never heard of in any of the former bookes of Counycatching. Read and be warnd, Laugh as you like, Judge as you find. *Nascimur pro patria.* By R. G. Printed at London, by John Danter, for Thomas Nelson dwelling in Silver streete, neere to the signe of the Red Crosse, 1592, 4 to.

[3] Have with you to Saffron-walden. Or Gabriell Harveys Hunt is up — Containing a full Answere to the eldest soune of the Halter-maker. Or, Nashe his Confutation of the sinfull Doctor. The Mott or Posie, instead of *Omne tulit punctum : Pacis fiducia nunquam.* As much to say, as I sayd I would speake with him. Printed at London by John Danter, 1596, 4 to. (Greene's works, vol. I, p. xcvi.)

[4] Bullen, vol. I, p. lxviii.

Jocus plus quam satis erat ad bilem iracundissimo scriptori commovendam. Quapropter Marlovio non pepercit quotiescumque occasionem arripere potuit mentionem ejus faciendi. Dixit in libello Pierce Supererogation [1] inscripto.

« His (i. e. Nashe's) gayest flourishes are but Gascoigne's weedes or Tarleton's trickes, or Greene's crankes, or Marlowe's bravadoes [2]. »

In eodem opusculo subjicit verbo *Marloweism* hanc nationem : *irreverentiam.*

Loci a Bulleno in lucem revocati magni momenti sunt. Non solum demonstrant oblique, verum manifesto, Tamerlanum a Marlovio scriptum fuisse, sed etiam ostendunt quomodo ea quæ tradita sunt de Greeno misere et turpiter vita excesso sparsa sint et fidem impetraverint. Demonstrant quoque eos qui ab urbe discesserant in totum ignaros fuisse quid Londinii ageretur.

Tertio rei testem habemus Thomam Heywoodum, cujus pater Interludos in populi favorem restituit, Henslovii diarium refert Thomam Heywoodum anno P. C. N. millesimo quingentesimo nonagesimo sexto (1596) fabulam dedisse, ex quo consequitur illud ut, ineunte adolescentia sua, Marlovii æqualis fuerit. Verum anno millesimo sexcentesimo tricesimo tertio (1633), Marlovianam fabulam *The Jew of Malta* edidit, et in prima ejus fronte proœmium præposuit quo commemoravit fabulam illam theatro cui *Cockpit-Theatre* nomen tunc rursus actam fuisse, et drama illud pariter ac *Tamburlaine* et *Hero and Leander* scriptum fuisse a Marlovio, cujus nomen in hujus loci margine adscribitur [3]. Ergo non dubium est quin Marlovius Tamerlanum

[1] Pierces Supererogation, or a new Prayse of the old Asse: A Preparative to certain larger Discourses, intituled Nashes S. Fame. London, J. Wolfe, 1593, 4° (*Lowndes*).

[2] Bullen, vol. I, p. lxviii.

[3] Heywood's lines are the following, inquit Paynus Collierus (Hist. of Engl. Dram Poetry, vol. II, p. 493 vid. notam); and their meaning seems quite plain and intelligible, although the editor of the recent reprint of Marlow's works (vol i, p. 20), by misplaced ingenuity has endeavoured to give the words a different construction.

« Whe know not kow our play may pass this stage,
But by the best of poets (Marlo) in that age,
The Malta Jew had being and was made ;
And he then by the best of actors (Allin) play'd.

composuerit. Fabula eo magis sua est, quod nulli in hujus certamen judiciumque veniunt.

Solus omnium, antequam indicia illa inventa fuissent, Malonus existimaverat fabulam a Nash scriptam fuisse. Opinionem suam tutabatur loco Libelli *Black Booke* [1], inscripti qui anno millesimo sexcentesimo quarto (1604) editus, in Thomam Middletonem (Thomas Middleton), verum haud sine ulla dubitatione, confertur. Is qui locum scripsit fingit se in sordidum Greeni cænaculum venisse visendi ejus gratia.

« The testern, inquit ille, or the shadow over the bed, we are informed, was made of four ells of cobwebs, and a number of small spinner's ropes hung down for curtains : the splinde-shank spiders, which show like great letchers with little legs, went stalking over his head as if they had been conning *of Tamburlaine*. (Dyce's Middleton, v. 526. »

« It is difficult, inquit jure ac merito Bullenus, to see how any conclusion about the authorship of *Tamburlaine* can be drawn from this passage [2]. »

Veri quoque simile est Nash, si fabulam scripsisset, eam non vituperasse quum proæmium libelli Menaphon inscripti composuerit.

Tamerlanus, Marlovio vivo, anno millesimo quingentesimo nonagesimo (1590) typis mandatus fuit. Auctoris autem nomen in duabus editionibus (in-4° et in-8°) libello non inscriptum fuit. Posterioris (in-8°) volumen integrum et intactum inter Bodleianæ Bibliothecæ libros servatur. Prioris autem supersunt solum titulus et epistola ad legentes (*Address to the Readers*). Hoc fragmentum pars est librorum in palatio cui Bridgewater-

In *Hero and Leander* one did gain
A lasting memory ; in Tamburlaine,
This Jew with others many : th'other wan
The attribute of peerless, being a man
Whom we may rank with (doing no one wrong)
Proteus for shapes, and Roscius for a tongue.

« Heywood here first speakss of the poet as the author of *Hero and Leander*, *Tamburlaine*, *The Jew of Malta*, « with others many ; » and secondly, of the playar, who in his depart'ment had been peerless. It is not to be understood that Marlow had written a play on the story of *Hero and Leander* ; Heywood, of course, alludes to the paraphrase of Musæns, commenced by Marlow and finished by Chapman. »

[1] Printed by T(homas) C(recde), in-4°.

[2] Bullen, vol. I, p. XVI.

House nomen collectorum, et cum chartis posterioris editionis compaginatum est. Albertus Wagner, qui fragmentum non vidit, sed a doctore Georgio Kingsleio (Georges Kingsley) petivit ut hoc compararet volumini anno millesimo quingentesimo nonagesimo (1590) (in-8°) edito, putat paginas illas sumptas fuisse ex alio ejusdem editionis (in-8°) volumine, et editionem alteram (in-4°) nunquam fuisse. Sententiam suam infert ex eo quod, in priore duorum voluminum, verba tituli præfationisque conveniunt cum posterioris verbis versusque cum versibus, et res fieri non solet, inquit ille, quum duæ editiones ejusdem libelli inter se mensuris chartarum dissidentes divulgantur.

Posterior editio (in-8°) inscripta est :

« Tamburlaine the Great. Who, from a Scythian Shepheardo by his rare and woonderfull Conquests, became a most puissant and mightye Monarque. And (for his tyranny, and terrour in Warre) was tearmed, The Scourge of God. Devided into two Tragicall Discourses, as they were sundrie times shewed upon Stages in the Citie of London. By the right honorable the lord Admyrall, his servauntes. Now first, and newlie published. London. Printed by Richard Jhones, at the signe of the Rose and Crowne neere Holborne Bridge, 1590 [1]. »

Ea sunt verba tituli qui posteriori parti proprius est :

« The second Part of The bloody Conquest of mighty Tamburlaine. With his impassionate fury, for the death of his Lady and love faire Zenocrate : his fourme of exhortacion and discipline to his three sons, and the maner of his own death [2]. »

Volumen ex secunda editione quæ comprehendit duas fabulæ partes servatur in Bibliotheca cui *British Museum* nomen et pars est librorum a Garricko (Garrick) collectorum. Ea editio Bulleno eadem esse videtur ac editio anno millesimo quingentesimo nonagesimo (1590) divulgata. Attamen, si Alberto Wagneri fides, scripti verba novis et multis corrumpuntur mendis. Forte non emendatior erat editio a Langbano (Langbaine) commemorata et anno millesimo quingentesimo nonagesimo tertio (1593) in vulgus emissa, cujus nullum volumen, hodie nosci videtur. E nullo eorum qui de re scripserunt didici descriptam

[1] Bullen, vol. I, p. III.
[2] Bullen, vol. I, p. III.

fuisse aliam editionem (1597), a Langbano et Hallivelle (Halliwell) indicatam, cujus Cunninghamus [1] titulum transcripsit ex exemplo a Payno Colliero servato.

Pro certo habemus priorem fabulæ partem typis mandatam fuisse anno millesimo sexcentesimo quinto (1605); posteriorem anno sequente, et utrique titulos novos scriptos fuisse. Hujus editionis (in-4°) volumina supersunt in Bibliotheca cui nomen *British Museum* et inter libros a Malono collectos. Inter hos, inventum fuit quoque unum primæ editionis volumen.

Prima et secunda editio ab eodem typographo prælo subjectæ fuerunt. Editio anno millesimo sexcentesimo quinto (1605) et anno sequente divulgata orta esse videtur ex editione anno millesimo quingentesimo nonagesimo in vulgus emissa. Ejus autem scriptum novis abundat mendis.

A nullo ante Marlovium, ut opinor, Tamerlanus in scenam inductus fuerat. Uno post sæculo, ante spectantium oculos reductus fuit.

« A Mr Charles Saunders Tamerlane, inquit Dycius [2], (after having been acted, with a Prologue by Dryden) was printed in 1681. »

Quamvis Tamerlanus plausus excitavisset majores quam plausus omnibus aliis Mariovii fabulis motos, in tantam oblivionem diuturnitate adductus fuerat, ut Carolus Saunderus (Saunders) jam in scenam fabulam suam induxisset quum de Marloviano dramate primum audiverit. In procemio suo negat se Marlovium imitatum fuisse.

« I hope, inquit ille [3], I may easily unload my self of that Calumny when I shall testifie, that I never heard of any Play on the same Subject, untill my own was Acted, neither have I since seen it, though it hath been told me, there is a Cock-Pit Play, going under the name of the Scythian Shepherd, or Tamburlain The Great, which how good it is, any one may Judge by its obscurity, being a thing, not a Bookseller in London, or scarce the Players themselves, who Acted it formerly, could call to Remembrance. »

Ex eodem argumento sumptæ fuerunt adhuc duæ fabulæ. Una, quam is qui scripsit italicis verbis persecuta est, drama

1 Marlowes works, p. 368.
2 Marlowes works, p. XIX.
3 Wagner's Tamburlaine, p. XXXII.

est cui *Opera* nomen apud recentiores, et tripartita; altera Lusitanum drama inscriptum.

« *Comedia Nova intitulada Os Tragicos Effeitos da Impaciencia de Tamerlao na Persia. Lisboa, Na Officina de Domingos Gonsalves. Anno MDCCLXXXIII, Com licença da Real Meza Censoria*[1]. »

Neutra videtur sumpta esse de Marloviano Tamerlano qui non ante annum millesimum octingentesimum vicesimum sextum (*1826*) litteris iterum mandatus fuit, et pars est editionis tunc a Gulielmo Pickeringo (*William Pickering*) in vulgus emissæ.

In duabus tragœdiis et in una e fabulis a recentioribus *Opera* dictis, Galli de eadem re tractaverunt. Nulla trium fabularum e Marlaviano dramate profecta est, et qui illas scripserunt sine dubio Marlovii et operum ejus nescii erant.

Una e fabulis illis a Nicolao Pradone (Nicolas Pradon) composita fuit [2] anno P. C. N. millesimo sexcentesimo septuagesimo sexto (1676). Optimum est operum ejus et longo spatio in scenam interdum reductum fuit. Quamvis aperte Johannem Racinium (Jean Racine) imitatus sit, et ideo forte, eum oblique lacessit in proemio quod in fronte tragœdiæ præposuit, et his insectationibus proludit ad jurgia graviora quibus eum paulo post oppugnaturus erat. Tragœdiæ ejus res et mores ducta sunt e commenticiis fabulis. Longissime absunt ab eventis in annales relatis et hodie fabula nullam legentibus affert delectationem, licet nodi callide intricati et soluti sint. Dicendi forma vulgaris prosæque orationi similis, attamen non sermone tam mendosa est quam dictum fuit. Versus sæpe non male nati sunt, et inanibus verbis expertes, aliquando ample et jucunde sonant, præsertim in locis ad Cornelii Raciniique exemplar expressis.

Altera tragœdia anno millesimo sexcentesimo quadragesimo octavo (1648) edita fuit, auctoris nomine suppresso, et verisimile est hanc in scenam non inductam fuisse. Hujus, ut fabulæ Pradonensis, res et mores sumpta sunt e fabulis commenticiis. Nullum pondus habet, quamvis auctor non pejus scribat quam plerique æqualium ætate. Amplius adhuc quam Pradonis tra-

[1] Wagner's Tamburlaine, p. VIII.

[2] *Tamerlan ou la Mort de Bajazet*. — Les Œuvres de M. Pradon divisées en deux tomes. — Nouvelle édition, corrigée et augmentée. A Paris, pour la Compagnie des libraires associés, MDCCXLIV, in-16. — T. Ier.

gœdia profecta est e fabulis commenticiis res ab errantibus equitibus præclare gestas narrantibus, vel septimo decimo P. C. N. sæculo vigentibus. A Johanne Magnone [1] scripta fuit.

Opus cui Opera nomen [2] in scenam inductum fuit postremis annis octavi decimi P. C. N. sæculi. Insulsum et nullius momenti est; nullo modo convenit eventis a rerum scriptoribus memoriæ traditis et legentes tædio intolerabili afficit.

Usque ad hoc tempus non quæsiti fuerant fontes e quibus Tamerlanus fluxit. C. H. Herfordus (Herford) et Albertus Wagner, si rem possent facere certiorem conati sunt, et indicia quæ invenerant retulerunt in opusculum : « *The Sources of Marlowe's Tamburlaine* » inscriptum et diario cui titulus *The Academy* editum anno millesimo octingentesimo octogesimo tertio (1883), ante diem tertium decimum Calendas Novembres (20 octobre 1883).

E duobus operibus, inquiunt illi, orta est fabula.

Prius est scriptum Hispani Petri Mexiæ (Petro Mexia) : *Silva de varia lecion*, Hispali anno millesimo quingentesimo quadragesimo tertio (1543), editum ;

Posterius, annales a Petro Perondino (Peter Perondinus), Vita Magni Tamerlanis inscripti, et Florentiæ anno millesimo quingentesimo quinquagesimo tertio (1553) in vulgus emissi.

[1] *Le Grand Tamerlan et Bajazet*, tragédie. A Paris, chez Toussainct Quinet, au Palais, sous la montée de la Cour des Aydes, MDCXLVIII, in-4°.

« Jean Magnon, poète français, né à Tournus, mort le 18 ou le 20 avril 1662, à Paris. D'abord avocat au présidial de Lyon, il vint se fixer à Paris. Il avait été ami de Molière lorsque celui-ci se fut associé avec quelques jeunes gens pour jouer la comédie... Magnon prit le titre d'*Historiographe royal*, et se fit connaitre par quelques pièces, dont la moins mauvaise est celle d'*Artaxerxe;* encore le plan en est-il mal construit, à peu près dans le goût des pièces de Hardy ; la versification en est faible, pleine d'inutilités et d'expressions basses. On lui reconnaissait pourtant de l'esprit et de l'imagination ; ses discours et ses écrits étaient fort libres, et sa facilité pour le travail lui avait donné un orgueil insupportable ; aussi se vantait-il de ce que ses ouvrages lui avaient coûté moins de peine qu'on n'en pourrait prendre à les lire. Dans un moment de dégoût, il renonça au théâtre, et résolut de consacrer son travail « à la gloire de Dieu ». Il périt assassiné vers la Samaritaine...

« Pendant que l'auteur travaillait à son poème (*la Science Universelle*), quelqu'un lui ayant demandé s'il serait bientôt achevé : « Bientôt, répondit-il ; je n'ai plus que cent mille vers à faire. »

P. L-y.

(*Biographie Firmin-Didot*).

[2] *Tamerlan*, opéra en quatre actes, représenté pour la première fois sur le théâtre de l'Opéra, le 27 fructidor an 10. — Paris, imp. de Ballard, an 10, in-8°.

Mexiæ liber, hispane scriptus, paulo post in italicam et gallicam linguam translatus fuit, et deinde ex gallica in britannicam.

Prima britannicarum editionum in vulgus emissa fuit anno millesimo quingentesimo septuagesimo primo (1571) ; secunda, anno millesimo quingentesimo septuagesimo sexto (1576) id est quum Marlovius infans admodum esset. Prima inscripta est :

« The Foreste or Collection of Histories, no lesse profitable, then pleasant and necessarie, dooen out of Frenche into Englishe by Thomas Fortescue. *Aut vile (utile), aut jucundum, aut utrumque.* Imprinted at London by Jhon Kyngston, for Willyam Jones, 1571. »

Tamerlani historiam reperies in capite quarto decimo, cui titulus :

« Of the Renoumed and greate Tamberlaine, of the kingdomes and countries that he subdued, and finally of his practise and manner in warre. »

Perondinus latine scripsit, inquiunt Herfordus et Wagner, et nullo modo Mexiam secutus est. Omnia circumstantia rerum quæ a Marlovio non sumpta fuerunt e Mexia, inveniuntur in Perondini libro cujus titulus, transcriptus ad verbum, est :

Magni Tamerlanis Scytharum Imperatoris Vita a Petro Perondino Pratense conscripta. Florentiæ, MDLIII.

Mexia ait in proœmio suo multos apud Romanos, Græcos et Carthaginienses imperatores fuisse qui maximas res in bello gesserint et quibus fati munere datum erit ut laudes eorum a scriptoribus in vulgus elatæ fuerint ; nuper autem virum exstitisse iis æqualem, cujus tamen magna et egregia facta a nullo celebrata fuerint ; quapropter se ipsum hanc curam suscepisse et ei necesse fuisse collegerit undique libros et libellos quibus oratio multa habebatur de hujus viri egregiis factis et de gentibus ab eo domitis, oblique autem et confuse, ut materiam illam ordine disponeret ; se igitur primum fuisse qui de vita Tamerlani distincte scripserit.

Perondinus parum pressus et redundans est. Facta autem et narrationem disposuit eodem modo et Mexia. Utriusque opera continent, ut verisimile est, omnia quæ de Tamerlano sexto decimo sæculo audita fuerant.

Forma et ratione duæ partes Marlovianæ fabulæ, prior præ-

sertim, ad scriptorum supradictorum exemplar finguntur. Omnes dramatis casus e scriptis illis sumpti fuerunt : occultæ artes quibus Tamerlanus in regnum Persicum pervenit, certamen ejus et Bajazeti; posterioris carcerem, postquam, in acie captus, in caveam conjectus fuit; Damasci expugnationem. Cæterum haud dubium est quin Marlovius vestigiis eorum ingressus sit, etenim ab iis solis narratur bellum quod inter se gerunt duo fratres qui de regno Persico certant. Fratres autem illi, Mycetes et Cosroes, nunquam fuerunt. Fictæ sunt personæ, et ultra fidem est Marlovium, si Mexiam et Perondinum non imitatus esset, eamdem finxisse fabulam.

Pariter perspicuum est Marlovium Perondini simul ac Mexiæ narrationem in rem suam convertisse, a priore enim singulas res sumpsit quas prior non retulit, exempli gratia, quomodo mortuus sit Bajazetus, qui caput suum impegerit adversis caveæ cancellis et personas duarum reginarum, præsertim Zabinæ, quæ apud Perondinum, sicut in fabula, consors est carceris conjugis sui.

« Messrs Herford and Wagner, inquit Bullenus [1], conclude their scholarly paper with a suggestion that the poet « enriched his conception of the remote and little-known countries, Persia and Scythia, from his classical reading in Herodotus, Euripides, and Xenophon, » « and that « the drawing of the weak Persians, Mycetes, Chosroes, and Theridamas whose « weakness » is not touched by Mexia, is exactly what we should expect from a youth fresh from those old books in which Persian effeminacy is so piquantly contrasted with the hardihood of Greece. »

Is exitus opusculi, ut cætero aliæ partes, subtilis est et demonstrat eos qui libellum scripserunt solerter et accurate rem perpendisse. Omnes autem fontes e quibus Marloviana fabula cecidit, ab iis non reperti fuerunt. Duos saltem silentio prætermiserunt, qui magni momenti sunt.

Prior a Payno Colliero [2] designatus fuit anno millesimo octingentisimo sexagesimo quinto (1865). Opus est Thomæ Neutonis (Thomas Newton) et inscriptus :

« A notable Historie of the Saracens. Briefly and faithfully descrybing the originall beginning, continuance and successe aswell of the Saracens, as also of Turkes, Souldans, Mamalukes,

[1] Marlowe's works, vol. I, p. XXIII.
[2] A Bibliographical and critical account... vol. II, p. 29.

Assassines, Tartarians and Sophians. With a discourse of their Affaires and Actes from the byrthe of Mahomet their first peevish Prophet and founder for 700 yeeres space. Whereunto is annexed a Compendious Chronycle of all their yeereley exploytes etc. Drawen out of Augustine Curio and sundry other good Authours by Thomas Newton. — Imprinted at London by William How, for Abraham Veale. 1575. 4to B. L., 153 leaves.

Liber ille, qui primum tenet locum inter Thomæ Neutonis opera, non ex aliis operibus translatus, sed excerptus est. Ea sunt verba loci qui respicit ad Tamerlanum.

« Tamburlane, Kyng of Scythia, a man of obscure byrthe and pedagrew, grew to such power that he maynteined in his Court, daily attending on him, a thousand and C. C. Horsemen. This Prince invadyng the Turkes dominions in Asia with an innumerable multitude of armed Souldiours, in the confynes of Gallitia and Bithynia, neere to Mount Stella, gave the Turke a sore battaile in the which he slew of them two hundreth thousand. He tooke Bajazeth, the great Turke, prisoner, and kepte him in a Cage, tyed and bounde with golden Chaynes. When so ever he tooke horse he caused the sayde Bajazeth to be brought out of hys Cage, and used his necke as a Styrrope : and in this sorte caryed him throughout all Asia in mockage and derysion. He vanquished the Persians, overcame the Medians, subdued the Armenians, and spoiled all Ægypt. He built a Citie and called it Marchantum, wherein he kept all his prisoners, and enriched the same with the spoyles of all such Cities as he conquered. It is reported in Histories, that in his hoast he had an incredible number of thousands: he used commonly to have XV hundreth thousand under him in Campe. When he cam in sight of his enemies, his custom was to set up three sortes of Pavylions or Tentes; the first was white, signifying thereby to his enemyes, that if at that shew they would yelde, there was hope of grace and mercye at hys handes : the next was redde, whereby he signified bloode and flame : lastly blacke, which betokened utter subversion and merciless havocke of all things for their contempt. » Sign. M.m.iij.

Res in hoc loco narratæ a Marlovio in Tamerlanum translatæ fuerunt. Opus editum fuit quum poeta infans esset, uno anno autequam Mexiæ liber, in britannicam linguam conversus, emissus fuerit in vulgus, et numerandus est inter excerpta ex annalibus sæpissime in adolescentium manus a magistris tradita. Id igitur conjectura probabile est, primam fabulæ cogitationem in Marlovii animum pagina illa Sarracenorum anna-

lium injectam fuisse. Si liber in manus ejus incidit, locus hujus modi erat ut vim ejus animo fingendi excitaret eumque impelleret ad rem investigandam, qua indagatione, ut verisimile est, inductus fuerit ad Mexiæ Perondinique libros inveniendos.

Utcumque se res habeat, mihi necesse videtur Thomæ Neutonis liber fontibus e quibus Marlovii fabula cecidit adscribatur. Si Philippo fides [1], locus qui respicit ad Tamerlanum acriter mentes æqualium ætate moverat.

« Phillips (Theatr Poet. 1675) in his loose way, inquit Paynus Collierus [2], asserts that Newton was the author of three Tragedies, naming « Thebais » and « the first and second parts of Tamerlane, the great Scythian Emperor, » a statement which, though manifestly incorrect, Sir Egerton Brydges did not contradict in the edition he printed at Canterbury in 1800... Phillip's confused notion on the point must have arisen from having been informed, that Neuton had writen something regarding that hero. »

E posteriore fontium qui, ut opinor, nondum indicati fuerunt, Marlovius paucos sumpsit casus. Fabulam autem suam penitus imbuit sensibus et dicendi forma quibus hoc opus insigne est. Quod opus in hanc partem forte plus habuit momenti quam alia Marlovii exemplaria. Primum fabulam docens et in scenam inducens personam cujus fatum et opes supra humanum fastigium elata fuerant, Marlovius, quum tentavit ut ejus orationem effingeret, exempla sine dubio quæsivit ad imitandum. Nequibat imaginem sibi proponere plenius ad consilia sua accommodatam et blandiorem quam heroes fabularum commenticiarum quæ res ab equitibus (chevaliers) gestas narrant. Tamerlani vita, in quibusdam partibus, referta fuit rebus tam inconsulte gestis quam præclarissima facinora errantium equitum, et imperium ab illo conditum non multo stabilius et firmius fuit quam ficta regna horum armis parta. Supra nisus sum ut in lucem proferam quanti fuerint momenti exempla sumpta e fabulis commenticiis equitum gesta narrantibus, quum drama bri-

[1] Phillips, Edward (one of the nephews of Milton). — Theatrum Poetarum, or a Compleat Collection of the Poets, especially the most eminent of all Ages. The Antients distinguished from the Moderns, in their several Alphabets. With some Observations and reflexions upon many of them, particularly those of our own Nation. Together with a Prefatory Discourse of the Poets and Poetry in generall. London, 1675, in-12; new. Edit. by sir E. Brydges. 1799, 1800, 1824 (*W. C. Hazlitt*).

[2] A Bibliographical and Critical account... vol. II, pp. 29-30.

tannicum informatum fuit. Nulla in fabula plus habuerunt ponderis exempla illa quam in Tamerlano. Ut describeret calidissimum et fortunatissimum e viris propensis ad audendum, Marlovius assumpsit in exemplum Gallum Amadim, illustrissimum e fabularum commenticiarum heroibus. Inter duas fabulas similitudo perpetua et manifesta est. Mutuus amor Tamerlani et Zenocratis perfectam ostendit effigiem amoris cujus ardores incendunt animos Galli Amadis et pulchræ Orianæ. Personarum mores, verba quibus animi sensus et præsertim amor exprimuntur, eadem sunt. In dramate non secus ac in fabula commenticia res et animi affectus nimia sunt et tam immodica ut naturæ modum excedant. Sollicita indagatione verborum elatorum et generosæ virtutis, verecundia ita convertitur in recti et honesti cultum justo mundiorem, ut Marlovius, quum tragœdias moveat, rebus et sermonibus vero majoribus irridendi sui det facultatem.

Ab initio usque ad finem dramatis, Tamerlanus se gessit more heroum quorum fabulæ commenticiæ gesta narrant. Vivit et sentit solum ut Zenocrati placeat, et quum orbem terrarum sanguine aspergit et redigit in suam ditionem, hoc solum sibi proponit, ut amorem ejus mereat. Solo ejus amore flagrat, et sive agit, sive loquitur, nec in moribus, nec in sermone, reprehendi posset a Gallo Amadi qui se ipsum in eo, sicut in speculo, videret. Tamerlanus præsertim ad exemplar Galli Amadis componitur quum vehementer desperatione perturbatur, quod necessitate constrictus sit ut maximo dolore laceret carissimæ suæ Zenocratis animum redigendo in suam potestatem regnum ejus patris, Ægyptii imperatoris (*Soudan*), cujus primam urbem, Damascum, obsidione premit. In scenam prodit, pallidus et languidus, veste lugubri vestitus, ut apertius dolorem suum ostendat. Hac eventorum serie memoria revocatur ad secundum fabulæ commenticiæ librum. In hoc libro, Amadis quem Orianes, rumoribus falso relatis in errorem inducta, jussit conspectu suo amitti, se tradit cunctis amentiæ furoribus, et deinde in solitudines discedit ut, anachoretæ stola indutus, vitam miseram et amaram degat. Quapropter eremita doloris ejus testis, ei cognomen Formosum Tenebrosum (Le Beau Ténébreux) imponit.

Marlovius eo facilius adductus fuit ad hanc fabulam haud timide in exemplum assumendam, quod e diversis partibus ad

rem impellebatur; primum ingenio suo qui assidue ad sensus sublimes et ad magniloquentiam nitebatur res animo et vi sua res animo fingendi qua perpetuo præter veritatis speciem et modum abripiebatur; deinde ineumtis ætatis ardore et assensu populi qui tunc hæc ambitiosa ornamenta stulte mirabatur. Gallus Amadis viginti annis ante in britannicam linguam primum translatus fuerat, et tunc in honore erat apud Britannos. Ea fabula commenticia primum composita fuerat a Lusitano cui nomen Vasco de Lobeira. Primæ editiones, hispane scriptæ, in vulgus emissæ fuerunt anno millesimo quingentesimo decimo (1510) et anno millesimo quingentesimo nono decimo (1519). Mox in linguam gallicam conversum (1540), opus posterius in britannicam translatum fuit. Prima translatio in britannicam linguam sumpta fuit e gallica editione quam Nicolaus Herberaius (Nicolas d'Herberay) in vulgus emisit. Inscripta est, si Gulielmo Carew Hazlitt (W. Carew Hazlitt) fides[1]:

« The moste excellente and pleasaunt Booke, entituled : The treasurie of Amadis of Fraunce : Contayning eloquent orations, pythie Epistles, learned letters, frequent Complayntes, serving for sundrie purposes. The worthinesse whereof and profite dothe appeare in the Preface or table of this Booke. Translated out of Frenche into English. Imprinted at London by Henry Bynneman, for Thomas Hacket. And are to be solde at his Shoppe in the Royall Exchaunge, at the Signe of the Green Dragon (Col.) n. d. 4to, black letter, A to Rrii, in fours, exclusively of 6 leaves of preliminary matter. Dedicated to sir Thomas Gresham by the publisher. *Britwell.* »

Hanc translationem Thomas Payneles (Thomas Paynel) scripsit et anno P. C. N. millesimo quingentesimo sexagesimo septimo (1567) inquit Gulielmus Davenport Adamus (W. Davenport Adams)[2], typis mandavit. Opus incidit, ut verisimile est, in manus Marlovii qui, Tamerlanum scribendo, hoc in exemplum assumpsit. Attamen non extra fidem est eum legisse librum in linguam gallicam conversum. Plerique pœtarum et litteris eruditorum, temporibus illis, gallice scribebant et gallicos assidue

[1] Hand-Book to the Popular, Poetical and Dramatic Literarue of Great Britain, From the Invention of Printing to the Restoration. By W. Carew Hazlitt... London, John Russell Smith, 1867, 1 vol. in-8°.

[2] Dictionary of English Literature being a comprehensive Guide to English Authors and their work by W. Davenport Adams. New and revised edition. Cassel, London, Paris et New-York, s. d. 1 vol. in-4° carré.

legebant scriptores. Litteris eruditi qui fabulas docebant et quorum Marlovius pars fuit, e fonte illo multa sumpserunt, et videntur valde admiratum esse et legisse celeberrimos inter poetas gallicos æquales ætatis quæ Renovatio litterarum vocatur, et res non miranda est, iis enim ingenio affines et simillimi erant [1].

Fabulæ scriptum typis mandatum non idem est ac scriptum fabulæ in scenam inductæ. Typographus, antequam opus in vulgus emitteret, scurriles scenas recidit. Has dramati Marlovius, sine dubio, scenicis petentibus, interposuerat, vel, forte, a scenicis ipsis adjectæ fuerant, ut rem accommodarent auribus multitudinis, quæ fabula non delectabatur, nisi mimici et inurbani joci casibus tragicis mixti fuissent. Typographus, Ricardus Joannes (Richard Jones) eo modo rationem rei reddit, in proœmio suo inscripto : *To the Gentlemen-Readers and Others that take pleasure in Reading Histories*, postquam fabulam magnos movisse plausus declaravit.

« My hope is, that they (the two tragical discourses of the Scythian shepherd Tamburlaine) will be now no less acceptable unto you... than they have been lately *delightful* for many of you to see when the same were shewed in London upon stages. »

Et Ricardus Joannes addit :

« I have purposely omitted and left out some fond and frivolous gestures, digressing, and, in my poor opinion, far unmeet for the matter, which I thought might seem more tedious unto the wise than any way else to be regarded, though haply they have been of some vain conceited fondlings greatly gaped at, what time they were

[1] Unus ex illis, Thomas Lodgius, non solum scriptores gallicos legit, sed etiam in Gallicum composuit et in fronte libelli *The Spanish Masquerade* inscripti, quem Greenus edidit, præposuit hoc venustum carmen, quod a Ronsardo (Ronsard), Bellaio (du Bellay) vel Baifo (Baif) subscribi potuisset, si quædam orationis mendæ expurgatæ essent.

« Le doux Babil de ma lire d'ivoire
Serra ton front d'un laurier verdissant :
Dont à bon droit je te voy jouissant,
(Mon doux ami). Eternisant ta gloire,
Ton nom, (mon Greenee) animé par mes vers
Abaisse l'œil de gens séditieux.
Tu de mortel es compagnon de Dieux :
N'est-ce point grand loyer dans l'univers ?
« Ignoti nulla cupido.
« THOMAS LODGE. »

(Dyce Greene's works, vol. 1, p. XXXVIII.)

shewed upon the stage in their graced deformities : nevertheless now to be mixtured in print with such matter of worth, it would prove a great disgrace to so honourable and stately a history. »

Prioris prologo partis [1] Marlovius spectantibus prædixerat se in scenam inducturum esse res grandiores et sensus elatiores quam mimicas ineptias tunc apud Britannos valentes. Haud scio an prologus ille in ore spectantium recitaretur. Res vix vero consona esse mihi videtur, scenici enim, fabulæ scenas comicas interpolando, scriptoris manifesto promissa et voluntatem neglexerant. Ricardus Joannes contra in fronte scripti refecti illum præposuit sine dubio ut inter omnes constaret se, quum scriptum in priorem statum restitueret, auctoris voluntati obsecutum esse.

Typographus videtur solum quum in eo esset ut libellum prælo subjiceret, consilium cepisse scurriles scenas supprimendi etenim fabula relata est in typographorum tabulas (*Stationer's Register*) [2] his verbis :

« *The twooe commicall discourses of Tomberlein the Cithian Shepperde.* »

Et postquam libellus typis mandatus fuit, inscriptus est :

« Tamburlaine the Great... Devided into two Tragicall Discourses. »

Ineptiæ mimicæ quibus plebs delectabatur potius toleratæ quam acceptæ erant a justis rerum existimatoribus et a subtilibus ingeniis. Ab Halle (Hall) vituperatæ fuerunt in quodam loco satirarum suarum, et hic locus, in quo de Tamerlano agitur, ad Marlovium sine dubio respicit.

« One higher-pitch'd doth set his soaring thought
On crowned kings that Fortune hath low brought,

1 « From jigging veins of rhyming mother wits,
And such conceits as clownage keeps in pay,
We'll lead you to the stately tent of war,
Where you shall hear the Secythian Tamburlaine :
Threatening the world with high astounding terms,
And scourging kingdoms with his conquering sword.
View but his picture in this tragic glass,
And then applaud his fortune as you please. »

2 Vol. 2, p. 262 b. Ed. Arber. — A ballad entituled the storye of Tamburlayne the greate, (founded, I suppose, on Marlowe's play) was entered in the Stationers' Books, 5th nov. 1594. (*Dyce*, p. xvi, note.)

Or some upreared high-aspiring swaine,
As it might be the *Turkish Tamberlaine.*
Then weeneth he his base drink-drowned spright
Rapt to the three-fold loft of heaven hight,
When he conceives upon his fained stage
The stalking steps of his greate personage,
Graced with huf-cap termes and thundring threats,
That his poore hearers' hayre quite upright sets.
. . . .
Now, least such frightfull showes of Fortune's fall
And blondy tyrants'rage should chance apall
The dead-stroke audience, midst the silent rout
Comes leaping in a selfe-misformed lout,
And laughes, and grins, and frames his mimick face,
And justles straight into the prince's place :
Then doth the theatre eccho all aloud
Witt gladsome noyse of that applauding crowd :
A goodly hoch-poch, when vile russettings
Are match ['d] with monarchs and with mightie Kings [1]. »

Prior tragediæ pars primum sola in scenam inducta fuerat. Fabula vero præter spem plausus excitante, posteriorem Marlovius scripsit. Rem ipse confirmat in hujus partis prologo :

« The general welcomes Tamburlaine received,
When he arrivèd last upon the stage,
Hath made our poet pen his Second Part,
Where death cuts off the progress of his pomp,
And murderous fates throw, all his triumphs down.
But what became of fair Zenocrate,
And with how many cities' sacrifice
He celebrated her sad funeral,
Himself in presence shall unfold at large. »

Posterior pars confestim, ut ita dicam, priorem secuta est, et fabula tali modo expleta, tota in scenam inducta fuit per unum et eumdem scenicum ludum. Ea ratione fabula videtur persæpe, nisi semper, acta fuisse, Henslovius enim, qui rem interdum notavit, in aliis locis fabulam solo vocabulo *Tamburlaine* designat, ita ut incertum sit utrum posterior nota rem in breve cogat, an denuntiet priorem partem solam in scenam inductam fuisse.

1 Hall's Virgidemiarium Lib. I. Sat. ii, ed. 1602.

In scenicis annalibus Britannorum Tamerlanus initia novæ ætatis indicit, et in tanto pretio habetur, non solum propter proprium pondus, sed etiam et multo magis quod novi dramatis formam mutavit, Marlovius enim substituit in locum versus consonantis, versus non pariter desinens; exemplo suo persuasit iis qui quum iisdem temporibus, tum posterius, hujuscemodi fabulas scripserunt ut ea quæ primus fecerat, imitarentur. Nullum drama, tali versuum lege et arte compositum, in scenam publicam adhuc inductum fuerat, et quamvis aliæ fabulæ, quarum verba eodem metro includebantur, jam editæ vel in scenas privatas, præsertim regina præsente, actæ fuissent, Marlovius tamen, et jure, existimatur scenicum versum antiquo de statu demovisse. Ut verum dicam, arduum erat, non rem tentare, versus enim non similiter desinentes nec novi, nec insoliti erant (jamdudum in usum venerant), sed eam perficere.

Primi versus decemsyllabi et non similiter desinentes qui a Britannis facti fuerunt, editi sunt a Surreio (Lord Surrey) qui metro illo usus est quædam Eneidis excerpta in Britannicam linguam transferendo. Cæterum Surreio non intempestivum visum est de re monere eos qui opus lecturi erant, voluminis enim in titulo denuntiavit iis ut metrum adhuc insolitum (*a strange metre*) adhibuisset. Hujus metri mox invalescit usus, et quasdam ad fabulas scribendas, rarissime tamen, usurpatum fuit. Antiquissima fabularum in quibus invenitur, *Gordobucus* inscribitur. A Sackvillo Nortonoque (Norton) composita, anno P. C. N. millesimo quingentesimo sexagesimo vel primo, vel secundo (1561 ou 1562), regina Elizabeth præsente, acta fuit. Deinde reperitur idem metrum in aliquot fabulis præcipue vel unice ad regiam aulam vel ad spectantes electos reservatis, inter quas notandæ sunt *Jocasta,* tragœdia a Gasconio (*Gascoigne*) scripta et a studiosis vicum *Gray's Inn* dictum incolentibus anno P. C. N. millesimo quingentesimo sexagesimo secundo (1562) acta, et *The Misfortunes of Arthur*, tragœdia ad propriam eorumdem studentium utilitatem scripta ab uno ex illis, cui Thomas Hughes nomen. Anno P. C. N. millesimo quingentesimo octogesimo septimo (1587) in reginæ conspectu acta fuit, et Baconus (lord Bacon), tunc tricesimum ætatis suæ annum agens et pars illius societatis, curam assumpsit scribendi pantomimos qui medios inter actus exhibiti fue-

runt. Aliquot annis priusquam hæc fabula ageretur, anno P. C. N. millesimo quingentesimo septuagesimo octavo (1578) poeta quidam, hujus temporis tractu celeberrimus, cui Georgius Whetsonius (Georges Whetsone) nomen, fabulam in duas partes diductam, et *Promos et Cassandra* inscriptam ediderat, quæ speciem miram præbebat, prioris enim partis verba versibus consonantibus inclusa fuerant, posterior autem multos non similiter desinentes continebat versus qui ore regis enuntiabantur, perinde ac si ad regium decorem hi versus aptiores essent. Quod attinet ad *The Misfortunes of Arthur*, parvi refert utrum ea fabula ante an post Tamerlanum acta fuerit. Etiamsi hanc fabulam antevenisset, ut opinantur ii qui putant Tamerlanum anno P. C. N. millesimo quingentesimo octogesimo septimo (1587) actum fuisse, Marlovii laudes nullo modo imminuerentur, nam *The Misfortunes of Arthur* drama est numerandum inter illas fabulas quæ solummodo ad rerum et temporum opportunitatem scriptæ, et in aulicam scenam actæ, non plebis judicium subierunt.

Ergo non dubium est quin Tamerlanus prima sit fabula, qua tentata fuit experiendo fortuna rei præter speciem gravis, semper enim anceps est consuetam scenicorum ludorum faciem vertere. Illud insuper e diversis rationibus consequitur. Non solum Tamerlanus antiquissima videtur esse fabularum in scenam publicam prolatarum quarum verba inclusa fuerunt versibus non similiter desinentibus, sed etiam res ab æqualibus hujus ætatis comprobata est. A Thoma Nash clarissime affirmatur in proæmio quod in fronte libelli *Menaphon* [1] inscripti præposuit, quem libellum anno P. C. N. millesimo quingentesimo octogesimo septimo (1587) Robertus Greenus edidit et dicavit : *To the Gentlemen Students of both Universities.* Hunc locum jam commemoravi quum de tempore quo Tamerlanus actus fuerit disceptarem.

[1] Menaphon. Camillas Alarum to slumbering Euphues, in his melancholic Cell at Silexedra. Wherein are deciphered the variable effects of Fortune, the wonders of Love, the triumphes of inconstant Time. Displaying in sundrie conceipted passions (figured in a continuate Historie) the Trophees that Vertue carrieth triumphant, maugre the wrath of Envie, or the resolution of Fortune. A worke worthie the youngest eares for pleasure, or the gravest censures for principles. Robertus Greene in Artibus magister. Omne tulit punctum. London Printed by T. O. for Sampson Clarke, and are to be sold behinde the Royall Exchange. 1589, 4 to. — Dyce, Greene's works, vol. I, p. CIII.

« I am not ignorant, inquit Thomas Nash, how eloquent our gowned age is grown of late, so that every mechanical mate abhorreth the English he was born to, and plucks, with a solemn periphrasis, his *ut vales* from the ink-horn : which I impute not so much to the perfection of arts, as to the servile imitation of *vain-glorious tragedians*, who contend not so seriously to excel in action, as to embowel the clouds in a speech of comparison ; thinking themselves more than initiated in poet's immortality, if they but once get Boreas by the beard, and the heavenly Bull by the dewlap. But herein I cannot so fully bequeath them to folly, as their idiot *art-masters*, that intrude themselves to our ears as the alchymists of eloquence, who (mounted on *the stage* of arrogance) think to outbrave better pens with *the swelling bombast of bragging blanckverse*. Indeed, it may be the engrafted overflow of some kill-cow conceit, that overcloyeth their imagination with, a more than drunken resolution, being not extemporal in the invention of any other means to vent their manhood, commits the digestion of their choleric incumbrances to the spacious volubility of *a drumming decasyllabon*. Amongst this kind of men, that *repose eternity in the mouth of a player*, I can but engross some deep-read school-men or grammarians, who, having no more learning in their skull than will serve to take up a commodity, nor art in their brain than was nourished in a serving-man's idleness, will take upon them to be the ironical censors of all, when God and poetry doth know they are the simplest of all [1]. »

Thomas Nash, versibus decemsyllabis non similiter desinentibus et præsertim iis qui tali metro utebantur alienissimus, de illo versu perspicue meminit in hoc loco tanquam de re nuper inventa, cujus ad opem ii confugerent qui ingenio debiliores essent quam ut artibus superioribus viros se præberent (*being not extemporal in the invention of any other means to vent their manhood, commits the digestion of their choleric incumbrances to the spacious volubility of a drumming decasyllabon*). Præter hæc Thomas Nash, quamvis generatim vituperet eos qui temporibus illis fabulas docebant, proprie tamen et acriter notavit eos qui versus non similiter desinentes scribebant, et qui, inquit ipse, stupidi artium magistri erant. Inter hos artium magistros, unus est quem perseverantius incursat, et sine dubio hic non alius est atque vir de quo dixit ipse, in alio proæmii sui loco, Greenum compellans :

[1] In Payne Collier, Hist. of Engl. Dram. Poetry, vol. II, pp. 488-489.

« Give me the man whose extemporal vein in any humour will excell our greatest *art-masters'* deliberate thoughs; whose inventions, quicker than his eye, will challenge the proudest rhetorician to the contention of the like perfection with the like expedition[1] ».

Quis erat hic artium magister qui in scenam versum haud consonantem induxerit, vel usui ejus in fabulis faverit, et numeratur a Thoma Nash in his duobus locis, inter vilissimos. Greenus ipse rem nobis notam fecit in libello suo : *Perimedes the Blackesmith*, anno sequente edito. Postquam nuntiavit, initio epistolæ : *To the Gentlemen Readers* dicatæ, se a vetere sua consuetudine prosæ orationis condendæ non decessurum esse, nos docet Horatii versum, in prima fronte libelli inscriptum : « *Omne tulit punctum*, *qui miscuit utile dulci*, per jocum lectum esse, nam, inquit ipse :

« *I could not make my verses jet on the stage in tragical buskins*, every word filling the mouth like the faburden of Bow-Bell, daring God out Heaven with that atheist *Tamburlan*, or blaspheming with the mad priest of the sun [2]. »

Illudit infra in fatidicam mentem eorum « who set the end of scholarism in an English blank-verse, » et qui arguuntur ad hoc metrum insumendum inhabiles esse. Greeno inter fabulas carminis modo inclusas peculiariter Tamerlanum designante, et ea fabula, quæ versibus non similiter desinentibus mandata est, et cujus auctor, Marlovius, artium magister erat, insigniter omnia vitia a Nash derisa præbente, non dubium est quin Greenus proprie et præcipue, in his duobus libellis, ad Marlovium spectet. Paynus Collierus illo modo duas sententias quæ mihi compertæ videntur manifestas fecit. 1° Marlovius, primus inter Britannicos poetas, in theatra publica fabulas versibus non similiter desinentibus scriptas protulit; 2° Tamerlanus fabula est e prima qua res fortunæ commissa fuit et prospere evenit.

Paynus Collierus, pariter et optime, aliam rem ad liquidum perduxit : cur Nash invideret Marlovio et videlicet alteri poetæ qui magister artium fuerit et scripserit dramata, et forte fabulam hodie omnino deletam inter personas cujus fuerit quidam Solis Sacerdos, mente alienatus. Nash Cantabrigiensibus Athenis Mar-

[1] In Payne Collier, loc. cit., vol. II, p. 490.
[2] In Payne Collier, loc. cit., vol. II, p. 490.

lovii condiscipulus fuerat. Coaptatus autem in scholam sancto Joanni dedicatam, anno P. C. N. millesimo quingentesimo octogesimo quinto (1585), eodem anno quo æmulus suus artium bacalarius factus est, e Cantabrigiensibus scholis ejectus fuit, anno P. C. N. millesimo quingentesimo octogesimo septimo (1587), quod credebatur composuisse, adjuvante quodam e sodalibus suis, probrosum carmen cui *Terminus et non Terminus* titulus. De schola depulsus est antequam artium magister factus esset et hunc honorum gradum, quem consecutus erat Marlovius, posterius contempsit pariter atque vulpes cujus fabula loquitur, uvas acerbiores ducebat, nec ullam ob aliam causam.

Ratio autem animi infesti quem Greenus ostendit in Marlovium non minus dilucida est. Reprehendebatur quod non tam prospere succederet fabulas scribendo quam probroso carmine diffamando. Ipse confitetur se tantas rationes querelæ præbuisse, ut res ei crimini palam in scena data fuerit.

Eo acerbius, sine dubio, vituperatione affectus fuit quod tantum in honore fuerat quantum qui maxime apud eos qui sæpe in theatra Londiniensia veniebant donec Marlovius, fabulas perfectiores in scenam inducendo, ostendisset quibus partibus æmuli sui dramata inchoata et rudia essent.

Prosperæ fortunæ æmuli sui invidebat. Non dubium est quin eo tempore Marlovio adversus, imo inimicissimus fuerit. Concedendo sui laboris socio, Nash, ut nimis aspere tractaret Marlovium in proœmio libelli Menaphon inscripti, et loquendo fastidiose de Tamerlano in libello cui *Perimedes the Blacke-smith* [1] titulus, odium suum perspicuum fecit. Propius etiam est fidem Greenum in odio suo per plures annos, forte usque ad mortem perseverasse, posterius enim Marlovii fabulis quæ *Faustus* et *Eduardus Secundus* inscribuntur, duo dramata opposuit et ea quibus titulus *The Honourable History of Friar Bacon and*

[1] Perimedes the Blacke-Smith. A golden methode, how to use the minde in pleasant and profitable exercise : Wherein is contained speciall principles fit for the highest to imitate, and the meanest to put in practise, how best to spend the wearie winters nights, or the longest summers Evenings, in honest and delightfull recreation : wherein we may learne to avoide idlenesse and wnnton scurrilitie, which divers appoint as the end of their pastimes. Heerein are interlaced three merrie and necessarie discourses fit for our time : with certaine pleasant Histories and tragicall tales, which may breed delight to all, and offence to none. Omne tulit punetum, qui miscuit utile dulci. London, Printed by John Wolfe, for Edward white, 1588, 4°. (Dyce, Greene's works, vol. I, p. civ.)

Friar Bungay et The Comical History of Alphonsus, King of Arragon manifesto scripsit ut æmuli sui laudes et quæstus imminueret. Rem notare magni interest, infra enim ex ea utilitatem capiam, quum perquiram quomodo et quibus temporibus Nash Marlovii socius factus fuerit ut emendaret vel perficeret fabulam cui *Dido, Queen of Carthage*, titulus, quæ fabula inter Marlovii opera numeratur et eo mortuo edita fuit.

Hæc tandem Greeni invidia demonstrat Marlovium, Greenum, Nash, Peelum et Lodgium, quamvis consociati fuissent adversus communes ipsorum inimicos, attamen inter se infensam æmulationem egisse, et si rei accideret facultas, alios aliis detrimentum attulisse.

Britannici litterati accurate dilucidaverunt omnia quæ pertinent ad versus non similiter desinentes in drama novum intromissos. Cura illa ostenderunt quanti facerent ea, quæ certe non præter modum æstimarunt. Novum metrum, quamvis solam fabulæ speciem mutaret, duas ob causas magni momenti fuit et ponderis. Iis qui tunc fabulas scribebant formam præbuit ad eorum cogitationes effingendas idoneam, quam vane antea conquisiverant. Marlovius, qui hanc formam invenit, eos simul docuit quomodo illa adhibenda esset. Proposuit ad imitandum exempla multis in partibus perfecta et eo tempore nondum superata. Cuique scribendi generi proprie respondet quædam sermonis forma, et in carminis arte, ea forma uno vel pluribus metris data est. Donec inventa sit, ii qui scribunt frustra laborant ut cuncta mentis suæ cogitata et sensus enuntient. Dicendi formæ quibus utuntur cum his cogitatis et sensibus non congruunt omni ex parte, ita ut scribendo modo ultra destinata procurrant, et verbis immodicis elatius et inflatius sensus suos exprimant; modo, dormitantes, ex operibus suis, cura carentibus, ornamenta, vel maxime necessaria, abjiciant. Aliquando tandem oratio fluit uno tenore et hujus cursum, si res postularet, scriptores deflectere non possent. Has diversas fortunas drama novum sustinebat quum Marlovius, Tamerlanum in scenam inducendo, versibus non similiter desinentibus usus est. Iis qui hoc fabulæ genus scribebant una optio prius data erat, utrum consonantem tragediæ versum an solutam orationem eligerent. Consonans autem versus, qui suspensis tragœdiæ passibus convenit, et horum lentum et gravem numerum reddere videtur alterno ictu verborum similiter desinentium,

impedimentum inferebat liberioribus et velocioribus dramatis novi gressibus. Tenore suo, qui semper idem erat, et numero verborum sine ulla intermissione sibi similiter consonantium, intolerandus fiebat. Sermonem ornando gravitate et copia quæ elatiores erant, multis in partibus, quam sensus personarum, drama novum demovebat a veritate.

Soluta oratione contra novum drama præter modum in infimas regiones vel fabulæ *Melodrame* dictæ, vel comœdiæ deducebatur. Prosæ nec ea est dignitas, nec eæ vires, nec ea magniloquentia quæ desiderabantur quum quædam personæ ornate graviterque dicere deberent. Ut verius loquar, ii qui scribebant non valebant ad prosam tantis virtutibus ornandam. His enim dotibus ornari potest, perdifficiliter tamen, quod iis qui scribunt multas suppeditat sententias aut usu tritas, aut sensu incertas et dubias, quarum auxilio ii facillime se relaxant a necessitate accurate et elate dicendi. Scriptores, quum versibus non similiter desinentibus utuntur, non solum duo pericula supra dicta facile effugiunt, sed etiam provident omnibus dramatis novi requisitis. Hic versus aptissime congruit cum hoc permixto fabulæ genere ad excelsissima tragœdiæ fastigia interdum sublato, aliis autem in locis, in comœdiæ cachinnos, mimicas etiam in facetias demisso, et sæpissime medium tenente regionem. Versus enim non similiter desinens summas consonantis versus servat virtutes; ordinatam verborum percussionem, et modum. Verbis solum caret eumdem in cadendo sonum referentibus, quæ, ut supra dixi, dramati novo multo magis impedimento quam auxilio sunt, ingeneratum enim sensorum et sententiarum cursum inhibent, et hæc loquendi ratio nec simplex, nec sincera videtur. Is qui scribit facillime modum ejus ita versat atque huc et illuc torquet et flectit ut exprimat varios et multiplices sensus, tum molles, tum teneros, tum vehementes, quorum copia et diversitas inter maximas novi dramatis illecebras numerantur. Liberiore verborum consecutione datur versibus non similiter desinentibus potestas omnes induendi formas, et cuncta, vel minima subtilissimaque cogitatorum discrimina, efferendi. Vicissim modulatus et gravis, sine labore tollitur sono suo pleno canoroque ad dignitatem et ad elatos clamores rerum maxime tragicarum; facillime effusissimos animi impetus vel effrenatissimas cupiditates, numerum suum solerter flectendo, verbis aptis effingit. Deinde,

quum de fastigiis illis demissum, drama novum inter res privatas vitæ familiaris suos evolvit nodos, gradum et sermonem suum versus non similiter desinens expedite mutat ut simplicius, callide tamen, personarum voces effundat. Obtinebis etiam, nisi tibi soluta oratione aliquantisper uti potius libitum erit, ut eum fervidis et cæsis colloquiis scenarum maxime comicarum apte et facillime accommodes.

Versus non similiter desinentes, ut supra dixi, in usu erant antequam Marlovius ex iis utilitatem caperet. Ii autem qui superioribus temporibus eos usurpaverant, commoda quibus abundant non deprehenderant, vel in rem suam nequiverant hæc commoda convertere. Hoc in Marlovii laude ponendum est, eum clare perspexisse ea quæ a superioribus confuse solum prospecta fuerant, et rem quam inchoatam reliquerant adduxisse ad effectum. Tempus ad inceptum tam idoneum erat, et res adeo in cunctorum votis, ut Marlovius universa plebis suffragia captaverit, quamvis ab invidis vituperatus et ab infirmis derisus fuerit. Confestim et impenso studio ii qui eodem tempore fabulas scribebant eum imitati sunt. In omnibus dramatibus postea in scenam inductis, intra etiam quatuor annos proxime sequentes (1587-1592), versus non similiter desinentes in morem veniunt. Tanta cum celeritate assumpti sunt ad omnia fabularum genera inter tragœdiam et mimum media componenda, ut is qui scripsit Morale Carmen cujus pars prior : *The three Ladies of London* inscripta, versibus eumdem in cadendo sonum referentibus mandata fuerat, ad posteriorem : *The three Lords and three Ladies of London* dictam, Tamerlano jam acto, carminis modo includendam, usurpaverit versum non similiter desinentem (Vid. notam C.)

Marlovius, Tamerlanum scribendo, non solum dramati novo formam naturæ ejus maxime congruentem induerat, sed etiam hujus generis proferebat exemplum superiora specimina, inchoata ac rudia, longe superans, quamvis omni ex parte certe non perfectum fuerit. In hac fabula, multa deprehendi possunt vitia quæ Nash magna vituperatione in diem scenicos ludos sequentem, ut ita dicam, notavit, et de quibus constanter a censoribus Marlovius objurgatus fuit. Vitia autem illa, quorum plura sine dubio voluntaria præcogitataque fuerunt, compensata sunt virtutibus quæ tantum nitent ut splendore suo maculas deleant. Cæterum exemplar quod ad imitandum proposuerat in

Tamerlano, et non perfectum finxerat, aliis fabulis consummavit.

Nodi, sententiæ et dicendi forma quibus Marlovius usus est, quum Tamerlanum scripsit, tanto in majus elata sunt ut sæpius risum moveant.

« Comme dans tous les écrits qui réagissent contre des tendances anciennes, on y sent quelque chose de violent et d'excessif, inquit Alfredus Mezierus. Elle a les défauts de l'esprit révolutionnaire. Marlowe annonce, dans son prologue, qu'il veut rompre avec l'affectation des rimeurs et avec la bouffonnerie des clowns, pour faire entendre sur la scène un langage plus noble et plus héroïque. Il tient parole. Il donne au drame un accent plus élevé et un essor plus poétique ; mais, en grossissant sa voix, il déclame, et en cherchant le sublime, il arrive à l'emphase. Son style se dégage énergiquement de l'afféterie et des jeux d'esprit des Euphistes ; mais, dans son énergie, il y a une sorte de brutalité et de fougue qui dépassent toute mesure. Ses mots eux-mêmes ont quelque chose de trop retentissant et de trop sonore pour ne pas blesser une oreille délicate. C'est comme le bruit non interrompu d'une trompette guerrière [1]. »

Non dubium est quin ad magniloquentiam conatu plus æquo vehementi tendendo, Marlovius ultra destinata procurrerit, et genus dicendi inflatum pro vera majestate magnificentiaque verborum duxerit.

« Mais avec tous ses défauts, insuper dixit Alfredus Mezierus, ce drame était bien fait pour émouvoir la foule et pour ouvrir un plus vaste horizon au génie des poètes dramatiques. Tout y a un certain air de grandeur : les dimensions du cadre, la diversité et l'étendue des pays où se transportent les personnages, l'audace de leurs actions, les proportions de leurs caractères, la violence de leurs sentiments et jusqu'à la multiplicité des événements que comprend chaque acte. Toute la vie de Tamerlan est là, ses commencements obscurs, sa fortune rapide, le développement prodigieux de son empire, ses guerres, ses expéditions lointaines, ses triomphes et sa mort. En quelques scènes vous êtes transportés de la Perse à la Scythie, de la Scythie à la Géorgie, de la Géorgie au Maroc et de là à Babylone. Aucune conception, quelque gigantesque qu'elle soit, ne coûte à cette imagination puissante et comme enivrée des premières fumées

[1] Prédécesseurs et contemporains de Shakespeare, par A. Mézières, 3e éd. Paris, Hachette, 1881, 1 vol. in-16, p. 107.

de l'invention. Elle a donné au sujet d'immenses contours, et au caractère principal une attitude plus qu'humaine [1]. »

Præterea Tamerlanus rei nodis cunctas superiores fabulas superat. Drama verum est; res ejus, quamvis immensa sit et indigesta videatur, evolvitur tamen clarum per ordinem e rationibus quæ Marlovius ab initio disposuit, et eas constanter exsequitur, tum etiam quum a proposito aberrare et per supervacanea rerum circumstantium vagari videtur. Tamerlani fatum eminet inter eventa quæ in scenam eo consilio inducta sunt ut spectantium animos attentos teneant. Prævalet æque ac persona ejus inter alias dramatis personas quarum gesta in eum, sicut in fabulæ medium, omni ex parte vergunt. Hæ personæ, principes etiam, Tamerlano constanter obnoxiæ permanent. Eorum factis dictisque hoc præcipue sibi proponunt ut in lucem proferant sensus ejus penitus reconditos. Solum in scenam inducuntur tantum quantum satis est ad hoc supremum propositum attingendum. Ille simplex et unus rerum tenor quo intuentium studia semper ad eumdem finem intenta sunt diligenter servatur, et Tamerlanus tantum personarum et spectantium animos sollicitat, ut pulpitum occupet, etiamsi scena absit. Indoles et mores non solum Tamerlani, sed etiam personarum quæ secundas partes agunt, solerter depicta sunt. Personæ non sunt, sicut in plerisque superiorum fabularum, effigies vix adumbratæ et, ut ita dicam, inanes imagines quadam falsa vitæ similitudine et specie animatæ, quæ spectantes attentos non tenent, veri autem homines quorum bonæ malæque mentes animos movent quod, ad naturam accommodatæ, vividam veritatis formam oculis subjiciunt. Fabulæ quoque nodi callide intricantur quamvis in hac fabulæ parte Marlovius sæpe erret et multas committat culpas. Res autem ducuntur et peraguntur dialectice, et quibusdam in locis scenæ ex scenis tanta cum arte oriuntur, ut intuentes sine ulla intermissione ad fabulam animum attendant, personarum enim indoles simul atque rei nodi evolvuntur. Verborum gravitate et copia ornatus præclaris in locis, sermo facillime omnes induit formas quæ rebus postulantur. Attamen ad naturam et ad veritatem accommodatior esset, et mentes vehementius permoveret, si Marlovius perpetua animi intentione extra modum non ablatus fuisset, omniaque et

[1] Loc. cit., pp. 107-108.

sententias, et sensa, et verba non in majus extulisset. Concitato ejus animo aliquando uberiore, sincero autem tum etiam quum immodice nimius est, quasi spiritu divino fabula tota afflatur, et res, personæ et spectantes, brevi illecti et abrepti, præcipitibus tragicorum eventorum et vibrantium orationum vorticibus volutantur. Animatur profusa vita quæ opera sincero fervidoque ingenio scripta succendit. Quapropter vitiis non minus quam virtutibus suis Tamerlanus verum est dramatis novi specimen. Genus fabula illa constitutum et præfinitum est, et solum exoptatur ut primum a Marlovio ipso, in aliis fabulis suis, et deinde a Shakespearo ad summum perducatur.

Tamerlani vitia, quibus hodie homines non inurbani offenduntur, et in mente mihi non est ea occultare, valde levantur quum, ea perpendendo, in præteritum tempus quo drama scriptum fuit animus mittitur, et quum fabula in medium locum quo acta fuit mente reponitur. Impetus orationis et immoderata elatio sententiarum quibus nimis proni sunt quorumdam scriptorum animi numeranda sunt, ut ab Alfredo Meziero notatum est, inter specimina propria operibus eorum qui plausus captare tentant, plebem a vetere consuetudine abstrahendo, et illa vitia, jam in mente Marlovii insita, præter omnem modum et ex proposito ab eo aucta fuerunt. Non aliter se gerere poterat.

Flectere res scenicas a consuetudine longo ludorum usu firmata res est plena laborum. Quum scriptor tantum conatur opus, ei necesse est concedat sine cunctatione, invitus etiam, quidquid petitur ut res prosperos consequatur exitus, nam si spes eum frustaretur, forte nunquam ex strage se attolleret. Cuncta quæ res postulat accipienda sunt, licet quibusdam aliquid de pondere operis imminuatur. Quum versus non similiter desinentes supposuit in locum versus qui refert eumdem in cadendo sonum, Marlovius sine dubio animo præcepit, inter ea quæ contra metrum novum dici poterant, hæc objecta, certe gravissima : hoc carmen verum non esse versum, sed solutam orationem et impar futurum esse generosis et teneris sensibus qui prævalent in fabula exprimendis. Quamobrem ita informavit versus non similiter desinentes ut vim haberent excelsissimos et fervidissimos sensus efferendi. Sua mente jam ad hoc efficiendum propensus, non solum, nullo modo venit in vituperationem eorum qui ei objicere potuissent metrum novum lentum,

frigidum et fastidiosum, in summa solutam orationem esse, sed etiam famam inflati turgidique clamatoris consecutus est.

Eodem modo Tamerlani effigiem manifesto nimiam informavit, non solum quod mens sua ad res verbis augendas prona fuit, sed etiam (et excusationi venia dari potest), ut effigiem illam accommodaret ad notiones immodicas et propemodum insanas quas Britanni et Europenses populi tunc animo sibi finxerant de Orientalibus et de horum potentia. Quum jam periculum adiret statu suo rem antiquam demovendi, versus non similiter desinentes in scenam inducendo, inconsulte ac temere se gessisset, si dissentire præter hæc ausus esset ab opinione quæ tunc de orientis solis partibus et de earum incolis inter omnes constaret. Eo minus, ut verisimile est, in hoc periculosum consilium inclinavit, quod vulgi opinio perpetuos ei præbebat locos magnificentiam orientalem depingendi et occasionem amplam demonstrandi versus non similiter desinentes non minus aptos esse ad res describendas quam ad concitatos et sublimes sensus afflati animi exprimendos. Cæterum vulgus res vero majores et fidem excedentes quæ eo modo ante oculos suos ponebantur plausibus accipiebat, nedum illis læderetur, nam cum judicio suo consentiebant.

Non minus ei grata fuit res æque fidem excedens, in quam jam animos convertere tentavi, et nemini mirum fuit cur ad imitandum deligeret, quibusdam saltem partibus, heroes fabularum commenticiarum res ab equitibus(chevaliers) gestas narrantium, quum Tamerlani personam formaret. Harum fabularum populus studium servaverat, et Marlovius Gallum Amadim, quem in exemplum assumpserat, tam callide imitatus erat, ut exquisitissimi sensus, mixti feris sceleribus et præcipiti furori Scythæ semibarbari, non offenderent intuentium animos. Nec amplius delapsus erat in cincinnos et frivola lenocinia Euphuismi, fervidiore enim animo præditus erat quam ut vanum susciperet laborem acumina horum pravorum jocorum exacuendi. Sed si Marlovius putidum Euphuismi sermonem declinavit, non effugit molles sensus quos sermo ille verbis exquisitioribus exprimere tentabat, et juventa sua favente populoque conscio, hoc errore deceptus fuit. Fabulæ argumentum et nodos explicando, ostendam ceterum illos generosos sensus a Marlovio insertos fuisse artibus verisimillimis in Tamerlani animum excelsum et gloriæ avidum.

Quum aulea mittuntur, Rex Persicus, Mycetes, qui hebeti ingenio et imperitus est, concilium cum fratre suo Cosroete, et cum aulæ optimatibus confert de rebus quæ comparandæ sunt ut fortiter repugnetur Tamerlanus, qui tunc dux est prædatorum latrociniis suetorum et extremos infestat Persiæ fines. Statuunt equites in latrones immittere. Dum autem de negotio disceptant, contentio oritur, et Mycetes, verborum contumeliis lacerat fratrem suum Cosroem, prudentia cujus superatur, et quem, potentiæ cupidissimum, formidat, eique minatur. Quum clandestina consilia quæ in occulto tenuisse putabat, a Mycete deprehensa videt, Cosroes seditionem concitat; rex consalutatur a fautoribus suis, et enititur ut regno fratrem suum spoliet. Initio scenæ secundæ, vel potius spectaculi secundi, singulis enim scenis, in dramate novo, picturæ scenicæ novæ respondent, personæ ipsæ sæpe mutantur, — Tamerlanus in spectantium conspectum venit. Manu pulchram ducit Zenocratem, Ægyptii imperatoris qui Soldanus (*Soudan*) dicitur filiam, quam præpositi sui deprehenderunt dum, modico præsidio comitatata, ex Media ad Memphim rediret. Connititur ut eam de metu relevet, et regia virgo, quæ eum, humilibus parentibus natum, primo despectat, et pastorem nominat, urbanitate sua lenita, eum deinde principem vocat.

> I am a lord, for so my deeds shall prove :
> And yet a shepherd by my parentage [1],

Inquit alto vultu Tamerlanus. Regiæ virgini postulat ut cum ipso matrimonio se jungat et particeps sit fortunæ suæ. Zenocrate ad quæsita non respondente et aurum quod secum portabat pro sua missione offerente, Tamerlanus assumens in exemplum heroes quorum commenticiæ fabulæ gesta narrant, exclamat :

> Disdains Zenocrate to live with me?
> Or you, my lords, to be my followers?
> Think you I weigh this treasure more than you?
> Not all the gold in India's wealthy arms
> Shall buy the meanest soldier in my train [2].

Tunc prænuntiatur Tamerlanus de adventu mille equitum. A Persico rege immittuntur in eum qui solum a quingentis

[1] Ed. Bullen, vol. I, p. 18. — Act. I, Sc. II.
[2] Ed. Bullen, vol. I, pp. 19-20. — Act. I, Sc. II.

peditibus comitatur. Theridamas, dux equitum et præcipui ejus præpositi introducuntur, et Tamerlanus eos audacia et promissis suis corrumpit. Pollicetur se iis qui fortunam suam sequentur regna dono daturum esse, ut a rege Persico deficiant. Optimates qui Zenocratem comitantur Persarum exemplo in Tamerlani partes trahuntur ipsi, et postquam Tamerlanus amatorie de Zenocrate quæsivit nonne exemplum comitum suorum secutura sit, virgo regia, sola relicta, injuriam quæritur, verbis autem luctum suum brevi levatum iri prænuntiantibus.

Secundo actu, Cosroes qui fratris sui Mycetis imperium recusavit et rex salutatus fuit, Tamerlani auxilium efflagitat et obtinet. Eo adjuvante, Mycetis aciem in fugam vertit. Superbia tunc intumescens, coram præfectis suis pollentem socium declarat regni procuratorem et militiæ magistrum. Tamerlanus suos sensus abdit. Silentio etiam Cosroetis voluntati obtemperare videtur. Quum autem rex abiit, præpositos suos compellans :

Is it not brave to be a king, Techelles ? inquit,
Usumcasane and Theridamas,
Is it not passing brave to be a king,
And ride in triumph through Persepolis ?
Tech. O, my lord, 'tis sweet and full of pomp.
Usum. To be a king is half to be a god.
Ther. A god is not so glorious as a king.
I think the pleasure they enjoy in heaven,
Cannot compare with kingly joys in earth.
To wear a crown enchased with pearl and gold,
Whose virtues carry with it life and death ;
To ask and have, command and be obeyed ;
When looks breed love, with looks to gain the prize,
Such power attractive shines in princes'eyes ? [1].

« Agitedum, addit Tamerlanus, vos reges constituam si me ad regnum persicum et ad asiaticum imperium arripiendum adjuvabitis ? » Militiæ ducibus proposita perplacent. His juvantibus, Tamerlanus Cosroetis copias in fugam avertit. Qui sceleste fratrem suum regno exuerat, pari perfidia jure affectus, mox in scenam prodit, sanguine suo madens et graviter ictus. Tamerlanum conspiciens, exclamat :

[1] Ed. Bullen, vol. I, p. 41. — Act. II, Sc. V.

Cosr. Barbarous and bloody Tamburlaine,
Thus to deprive me of my crown and life!
Treacherous and false Theridamas,
Even at the morning of my happy state,
Scarce being seated in my royal throne,
To work my downfall and untimely end!
An uncouth pain torments my grievèd soul,
And death arrests the organ of my voice,
Who, entering at the breach thy sword hath made,
Sacks every vein and artier of my heart. —
Bloody and insatiate Tamburlaine!
Tamb. The thirst of reign and sweetness of a crown
That caused the eldest son of heavenly Ops,
To thrust his doting father from his chair,
And place himself in the empyreal heaven,
Moved me to manage arms against thy state.
What better precedent than mighty Jove?
Nature that framed us of four elements,
Warring within our breasts for regiment,
Doth teach us all to have aspiring minds:
Our souls, whose faculties can comprehend
The wondrous architecture of the world,
And measure every wandering planet's course,
Still climbing after kuowledge infinite,
And always moving at the restless spheres,
Wills us to wear ourselves, and never rest,
Until we reach the ripest fruit of all,
That perfect bliss and sole felicity,
The sweet fruition of an earthly crown[1].

Eodem temporis puncto, Cosroes animam efflat et Tamerlanus militum suorum ducibus rex salutatur.

Tertio actu ineunte, Tamerlanus, summus rerum Asiaticarum ɔminator, Turcis minatur, et Bajazetus, qui gentis illius *Sultan* ;t, exercitum parat, ut arma armis propulset. Zenocrates deinde ıcedit, tam tristis et animi sui motibus tam perturbata, ut gydas, unus e regiæ virginis comitibus, ab ea quærit cur sol-ɔita sit. Zenocrates respondet:

Zen. Ah, life and soul, still hover in his breast
And leave my body senseless as the earth.

[1] Ed. Bullen, vol. I. pp. 45-46. — Act. II, Sc. VI.

Or else unite you to his life and soul,
That I may live and die with Tamburlaine! [1].

Tamerlanus tunc scenam ingreditur, ab utroque non visus, et Agydas, Zenocratis confessionem ægre ferens, eam probris increpat, et majoribus ejus indignam declarat quod carum habet prædatorem barbarum et latrociniis suetum. Zenocrates autem, verbis ejus vehementer offensa, silentium ei imponit, et imos animi sui sensus effundens :

Zeno. As looks the Sun through Nilus'flowing stream,
Or when the Morning holds him in her arms,
So looks my lordly love, fair Tamburlaine, inquit;
His talk much sweeter than the Muses' song
They sung for honour 'gainst Pierides;
Or when Minerva did with Neptune strive :
And higher would I rear my estimate
Than Juno, sister to the highest god,
If I were matched with mighty Tamburlaine [2].

Tunc Tamerlanus, se aperiens, prodit in scenam. Dexteram Zenocrati reverenter offert et amorem vultu præferens, eam abducit, Agydam confusum trucibus oculis despectando. Agydas solus in scena manet, et non ex vano suspensus atque sollicitus est, etenim a Tamerlano brevi pugionem accipit, et suo ipso ictu mortem invenire cogitur.

Nonne scena illa memoriam renovat scenarum amatorie scriptarum quæ frequentes sunt in commenticia fabula cui Gallus Amadis titulus? Nonne merito dixi Marlovium ex ea fonte, quum Tamerlanum scriberet, et sententias et sensus frequenter hausisse? Ansæ novæ, et firmiora ad rem probandam argumenta mox occurrent.

Tamerlanus tamen suas comparavit copias et in exercitum Bajazeti, qui Turcarum *Sultan* est, incedit. Antequam prælium ineant, duo imperatores, uterque a militum suorum ducibus septus, in colloquium veniunt. Exemplum sumentes e præcipuis Iliadis personis, se invicem probris vexant et ad pugnam vocant. Scenam illam scribendo, artium magister manifesto memor fuit studiorum quibus indulgebat quum Cantabrigiensium Athenarum scholas celebraret. Ad contumelias verborum

[1] Ed. Bullen, vol. I, p. 51. — Act. III, Sc. II.
[2] Ed. Bullen, vol. I, pp. 52-53. — Act. III, Sc. II.

plus æquo inflatorum duo imperatores descendunt. Sed e sententiis vero majoribus et e contumeliosis dictis præclarum Marlovii ingenium interdum eminet, et locis quibus erumpit, nec magnificentia, nec sublimitas deest. Commenticiarum quoque fabularum de quibus supra sermo fuit, sensus et verba iterum arripiuntur. Zenocrates et carisima Bajazeti uxor adsunt et silentium tenent. Tamerlanus, conspicatus Zenocratem perterritam Bajazeti minis, ad eam se convertit, et amatorie comiterque :

Tamb. Zenocrate, inquit, the loveliest maid alive,
Fairer than rocks of pearl and precious stone,
The only paragon of Tamburlaine,
Whose eyes are brighter than the lamps of heaven,
And speech more pleasant than sweet harmony;
That with thy looks canst clear the darkened sky,
And calm the rage of thundering Jupiter,
Sit down by her, adornèd with my crown,
As if thou wert the empress of the world.
Stir not, Zenocrate, until thou see
Me march victoriously with all my men,
Triumphing over him and these his kings;
Which I will bring as vassals to thy feet;
Till then take thou my crown, vaunt of my worth,
And manage words with her, as we will arms [1].

Et Zenocrates, metu levata, his ardentibus verbis ei respondet :

Zen. And may my love the king of Persia,
Return with victory and free from wound ! [2].

Duo imperatores tunc discedunt ut exercitus suos in aciem perducant, et dum pugnatur, Zenocrates et Zabina jurgium, unaquæque suo nomine, renovant. Sed ad tantas verborum contumelias descendunt ut paululum matronale decus et dignitatem imperatoriam obliviscantur. Bajazetus tandem supervenit. Fuga tentat evadere gladium Tamerlani qui tergo suo hæret. Sed vi et necessitate coactus, arma tradit, et Theridamas imperatoriam coronam vellit e fronte Zabinæ, Bajazeti uxoris, et illam Zenocrati imponit. Deinde Tamerlanus, superbia intumescens, et

[1] Ed. Bullen, vol. I, p. 60. — Act. III, Sc. III.
[2] *Id. Ibid.*

velut divino spiritu tactus, declarat se non ab armis discessurum esse donec mundum totum in suam ditionem redegerit. Bajazeto dicenti copias in Græciæ et Africæ oppidis distributas. Turcis superesse, respondet :

Tamb. Those wallèd garrisons will I subdue,
And write myself great lord of Africa.
So from the East unto the furthest West
Shall Tamburlaine extend his puissant arm.
The galleys and those pilling brigandines,
That yearly sail to the Venetian gulf,
And hover in the Straits for Christians' wreck,
Shall lie at anchor in the isle Asant,
Until the Persian fleet and men of war,
Sailing along the oriental sea,
Have fetched about the Indian continent,
Even from Persepolis to Mexico,
And thence unto the straits of Jubaltèr;
Where they shall meet and join their force in one
Keeping in awe the bay of Portingale,
And all the ocean by the British shore ;
And by this means I'll win the world at last [1].

Et alto vultu pretium pro capite a captivo suo oblatum rejiciens, declarat fore ut Bajazetus in carcere inclusus maneat, et Zabina, uxor ejus, Zenocratis ancilla fiat.

Tamerlanus tamen exercitum suum ex Asia in Africam mittit. Se parat ad obsidendum Damascum, primum ex oppidis quibus Ægyptius imperator, Zenocratis pater, ei obstat. Quarto actu, duo principes ostenduntur bellum apparantes. Antequam arma moveantur, Tamerlanus convivium magnifice ac splendide ornat, et postquam epulis functi sunt, inter militum suorum duces regna subacta partitur. Hoc autem præclarum spectaculum pariter ac cuncta Tamerlani facinora, in eodem actu, inquinatur immanibus et fœdis sævitiis quibus manifesto Marlovius enititur ut vagi barbarique ferum ingenium aperiat et mores effingat. Tamerlanus Bajazetum et Zabinam cavea clausos custodit. Imperatoris corpus ei in loco scabelli est quum ad solium suum ascendit, et Zabina ancilla ei quæ Zenocratis ancilla est facta fuit. Tamerlanus, quum sibi in animo est mentem relaxare, jubet ambos captivos afferri eosque verborum contumeliis lace-

[1] Ed. Bullen, vol. I, pp. 65-66. — Act. III, Sc. III.

rat. Ea est pars dramatis comica. Urbanos et generosos offendit animos; infimæ autem Londiniensis multitudinis in deliciis erat. His fabulæ partibus, sine dubio, scenici intexuerant scurriles scenas a typographo recisas et quibus verisimile est sævitias illas atrociores et turpiores factas fuisse.

Quinto actu ineunte, Damascus præfectus, Tamerlani copiis circumvallatus, quatuor mittit virgines manu laureos ramos tenentes, et inter pulcherrimas electas, ut ad hostis misericordiam confugiant. Tamerlanus tum supervenit. Funebri vestimento indutus est, et mœrore profligatus (*very melancholy*) videtur. Nec Ægyptii imperatoris exercitibus cedere, nec mandata quæ putat a Diis jussa recusare volens, lugubres induit vestes ut his declaret quantum ei doleat quod pulchræ Zenocrati mæstitiam inferat. Pudentissimus et urbanissimus equitum quorum gesta commenticiis fabulis medio ævo narrata fuerunt, Amadis ipse, artibus subtilioribus et exquisitioribus certe secretos animi sui sensus proferre non potuisset.

Damascas virgines, quæ ei obviæ veniunt, conspiciens, dolorem suum declarat.

Tamb. What, exclamat ille, are the turtles frayed out of their nests?
Alas, poor fools! must you be first shall feel
The sworn destruction of Damascus walls? [1].

Et obstinate preces et obsecrationes Damascarum virginum repudians, eas trucidari jubet.

Deinde ad animi sui cruciatus rediens, amorem et mœrorem suum longo effundit soliloquio, quod inflatis turgidisque verbis et similitudinibus e Græca fabula sumptis abundat et cujus scriptura fertur a typographis valde corrupta fuisse. Damascus tamen expugnata est. Accipiendo nuntium rei, qua spe ultima dejicitur, Bajazetus in ferreos caveæ suæ cancellos impetum facit, et caput suum elidit. Zabina, quam Bajazetus a se dolo removerat, redeundo eum interfectum invenit, et se ipsam eodem modo occidit. Posthæc Zenocrates in pulpitum prodit et graviter ferens Tamerlanum armis cum patre suo contendere, vicem suam dolet. Tamerlanus autem sponsus est humanior quam ut patiatur eam diutius desperationis prædam esse. Modo supervenit, Ægyptium imperatorem adducens captivum: sed

[1] Ed. Bullen, vol. I, pp. 86-87. — Act. V, Sc. 1.

imperatoris cæde abstinet, et eum restituit in regnum antequam ab eo Zenocrates efflagitet patris missionem. Ægyptius imperator, hac re clementi liberalique lenitus et pro certo habens Tamerlanum filiam suam uxorem et non pellicem duxisse, matrimonium confirmat, et Tamerlanus, Zenocratis capiti insigne regium sua manu imponens, exclamat :

Tamb. Then sit thou down, divine Zenocrate ;
And here we crown thee Queen of Persia,
And all the kingdoms and dominions
That late the power of Tamburlaine subdued.
As Juno, when the giants were suppressed,
That darted mountains at her brother Jove,
So looks my love, shadowing in her brows
Triumphs and trophies for my victories ;
Or, as Latona's daughters, bent to arms,
Adding more courage to my conquering mind.
To gratify the sweet Zenocrate,
Egyptians, Moors, and men of Asia,
From Barbary unto the western India,
Shall pay a yearly tribute to thy sire :
And from the bounds of Afric to the banks
Of Ganges shall his mighty arm extend.
And now, my lords and loving followers,
That purchased kingdoms by your martial deeds,
Cast off your armour, put on scarlet robes,
Mount up your royal places of estate,
Environèd with troops of noblemen,
And there make laws to rule your provinces.
Hang up your weapons on Alcides' post,
For Tamburlaine takes truce with all the world.
Thy first-betrothèd love, Arabia,
Shall we with honour, as beseems, entomb
With this great Turk and his fair Emperess.
Then, after all these solemn exequies,
We will our rites of marriage solemnise [1].

Illa priore Tamerlani parte, versus non similiter desinentis causam Marlovius vicit et spectantes tantum permoti fuerunt, ut poeta sine dubio sollicitatus fuerit, ut supra dixi, ad fabulam inceptam fabula nova perficiendam. Laborem non

[1] Ed. Bullen, vol. I, pp. 104-105. — Act. V, Sc. II,

recusavit. Periculosum tamen opus erat. Primo saltu Marlovius ad tanta fastigia tragicos et horridos cupidinum motus depingendo sese sustulerat, ut procedere ultra et rem jam teterrimam, tot et tantas cædes et generosissimas virtutes augere arduum videretur. Rem tamen Marlovius tentavit et consummavit. Posteriore parte confecit non solum ut ad finem perduceret Tamerlani effigiem, quam manu certissima jam inceperat, et lineamentis majestate plenis expresserat, sed etiam ut medias per ruinas et cædes alias super alias cumulatas eum sequeretur, cavendo ne eadem iterum diceret et fieret fastidiosus. Obtinuit ut hujus inexpleti gentium domitoris indomitum per mundum cursum effingeret casibus luctuosissimas tragœdias moventibus, et verbis magis magisque sublimibus. Hoc efficiendo, fateor, iterum et gravius etiam quam in priore parte peccat, etenim in tumidum inflatumque dicendi genus se effundit et dicendo res et verba jam grandia et super humanum modum elata tantum auget, ut risum sæpius moveat. Vis autem ejus animo fingendi tam præstans et uber est, ut rebus etiam quæ nimiæ sunt, mentes permoveat. Vehementia et artibus suis suspensos intuentium animos perseveranter moratur et erigit, iisque vel illectis, vel ira incensis, nunquam spectaculum languidis oculis adspicere sinit.

Marlovius egregie conjunxit posteriorem cum priore parte cujus præcipuæ personæ usque ad fabulæ finem servatæ sunt. Posterior non solum rem a priore inceptam conficit, eam autem dialectice amplificat, et exitu concludit ad mores et ad divina atque humana jura accommodato. Marlovius Tamerlanum ostendit acervis corporum constructis imperium suum condentem, et erigentem ad fastigium quod celeberrimi inter gentium domitores nunquam adhuc adepti erant, brevi autem morte eorum quos adamat perculsum, ut immodicarum suarum cupidinum pænas pendat, deinde morbo absumptum, et, quum vita excedit, deos ferocioribus verbis increpantem et provocantem. Posteriore parte, sine dubio, Londinienses spectantes tam acriter, forte vehementius quam priore permoti fuerunt, et asperæ, argutæ autem criticorum facetiæ prosperam fabulæ fortunam minuisse non videntur. Omnibus tamen in locis posterioris partis, Marlovius non festinat ad eventum gradu tam citato quam in priore. Passim res improbandæ sunt, et plures quod earum non erat in fabula locus, etenim ad nodos nectendos

solvendosque non adjuvant. Personæ quoque non tanta cum vehementia in libidinibus suis se effundunt. Res vero ex eo sciri potest quia res viginti annos permanet, et præcipuarum fervidi sensus personarum, imprimis Tamerlani Zenocratisque nisi minuti annis, temperati saltem fuerunt. Res Marlovio profuit, ambitiosa enim ornamenta et elatiores sensus sumpta e commenticiis fabulis equitum gesta narrantibus fere omnino repudiavit. Nec amplius putido tumidoque dicendi genere fabulis illis proprio utitur.

Posterioris initio partis, subreguli principesque imperio Turcarum tributum pendentes, quum iis Bajazeti interitus nuntiatur, inter se conveniunt se christianis pacem oblaturos esse ut universas copias suas in Tamerlani exercitus deinde convertere possint. Eodem tempore, Callipinus, Bajazeti filius, qui simul ac pater suus a victore captus fuerat et abhinc in custodia retinebatur, unum e custodibus suis vincit donis, et ex carcere aufugit. Spectaculum deinde profertur inter mirabilissima dramatis numerandum. Tamerlanus ostenditur dum, belli laboribus fessus, cum Zenocrate tribusque filiis suis temporis puncto requiescit. Sed etiamsi amoris et familiæ gaudiis indulgeat, sævitiam tamen suam bellua servat. Zenocrati ab eo postulanti quo tempore arma positurus sit, ut tandem victoriæ bonis floreat, respondet :

> *Tam.* When heaven shall cease to move on both the poles,
> And when the ground, whereon my soldiers march,
> Shall rise aloft and touch the hornèd moon,
> And not before, my sweet Zenocrate [1].

Deinde filios suos interrogat, ut perspiciat quomodo belli studiosi et sævitiæ suæ participes sint. Omni laude cumulat duos primos, qui ei responsa ad desiderium suum accommodata reddunt. Hos vere filios suos esse declarat. Gravissimis autem probris increpat tertium qui, nihil, nisi pacata verba refert, et postulat ut cum matre sua maneat, dum pater et fratres imperium bello augere perseverabunt. Minitatur ei necem, nisi factis et verbis ostendat se a virtute patris nil degeneravisse. Tunc superveniunt militum duces. Eos fecit reges ei tributum pendentes, et singuli copias percensent quas adduxerunt, ut Tamerlano contra Turcas auxilium ferant. Res est augusta et census

[1] Ed. Bullen, vol. I, p. 121. — Act. I, Sc. III.

heroicus. Nunquam versibus non similiter desinentibus res tam splendida tanta cum magniloquentia mandata fuerat. Sed de talibus locis jure ac merito dictum est aliquid in his clarius et sonantius inesse, quam ut molles aures permulceant, hosque assiduum bellicarum tubarum sonitum referre [1].

Attamen Sigismundus, Germanicus imperator, pacem cum Turcis pactam disturbat quum audit eos cum Tamerlani copiis congressuros esse. Turcæ autem e medio itinere regrediuntur ad Christianos. Eos profligant, et Sigismundus, mortifero vulnere ictus, in scenam prodit et animam efflat. Eventa illa, quamvis paucis verbis narrata sint, non tantum quantum satis est cum fabulæ rebus conjunguntur, et multis de causis omittenda erant. Inter vitia quæ ad fabulæ nodos spectant, gravissimum est. Scena autem pensatum est præclara, qua sine dubio spectantes in oblivionem illius erroris mox adducebantur. Zenocrates, repentino implicita morbo, extremum spiritum trahit, et Tamerlanus, luctu furens, sed vi et necessitate coactus, fatetur tandem potentiam suam, quamvis immensam, modum tamen et terminos habere. Manu Dei, cujus iram concitavit, nunc premitur. Ea quam perdite amat, conjugis culparum, quarum ipsa fuit particeps, pœnas luit. Tamerlanus, dolore suo effuso, ad consilium medicos vocat. Zenocrates autem, quæ jam se morti proximam sentit, infracta voce errorem conjugi eripit.

Zen. I fare, my lord, as other empresses,
That, when this frail and transitory flesh
Hath sucked the measure of that vital air
That feeds the body with his dated health,
Wade with enforced and necessary change.
Tamb. May never such a change transform my love,
In whose sweet being I repose my life,
Whose heavenly presence, beautified with health,
Gives light to Phœbus and the fixèd stars!
Whose absence makes the sun and moon as dark
As when, opposed in one diameter,
Their spheres are mounted on the serpent's head,
Or else descended to his winding train.
Live still, my love, and so conserve my life,
Or, dying, be the author of my death!
Zen. Live still, my lord! O, let my sovereign live!

[1] A Mezières, loc. cit. p. 107.

And sooner let the fiery element
Dissolve and make your kingdom in the sky,
Than this base earth should shroud your majesty:
For should I but suspect your death by mine,
The comfort of my future happiness,
And hope to meet your highness in the heavens,
Turned to despair, would break my wretched breast,
And fury would confound my present rest.
But let me die, my love; yet let me die;
With love and patience let your true love die!
Your grief and fury hurts my second life.
Yet let me kiss my lord before I die,
And let me die with kissing of my lord.
But since my life is lenghtened yet a while,
Let me take leave of these my loving sons,
And of my lords, whose true nobility
Have merited my latest memory.
Sweet sons, farewell! In death resemble me,
And in your lives your father's excellence.
Some music, and my fit will cease, my lord.
(*They call for music.*)

Tamb. Proud fury, and intolerable fit,
That dares torment the body of my love,
And scourge the scourge of the immortal God:
Now are those spheres, where Cupid used to sit,
Wounding the world with wonder and with love,
Sadly supplied with pale and ghastly death,
Whose darts do pierce the centre of my soul.
Her sacred beauty hath enchanted heaven;
And had she lived before the siege of Troy,
Helen (whose beauty summoned Greece to arms,
And drew a thousand ships to Tenedos)
Had not been named in Homer's Iliads;
Her name had been in every line he wrote.
Or had those wanton poets, for whose birth
Old Rome was proud, but gazed a while on her,
Nor Lesbia nor Corinna had been named;
Zenocrate had been the argument
Of every epigram or elegy.
(*The music sounds. — Zenocrate dies*).
What! is she dead? Techelles, draw thy sword
And wound the earth, that it may cleave in twain,
And we descend into the infernal vaults,

To hale the Fatal Sisters by the hair,
And throw them in the triple moat of hell,
For taking hence my fair Zenocrate.
Casane and Theridamas, to arms!
Raise cavalieros higher than the clouds,
And with the cannon break the frame of heaven;
Batter the shining palace of the sun,
And shiver all the starry firmament,
For amorous Jove had snatched my love from hence,
Meaning to make her stately queen of heaven.
What God soever holds thee in his arms,
Giving thee nectar and ambrosia,
Behold me here, divine Zenocrate,
Raving, impatient, desperate, and mad,
Breaking my steelèd lance, with which I burst
The rusty beams of Janus' temple doors,
Letting out Death and tyrannising War,
To march with me under the bloody flag!
And if thou pitiest Tamburlaine the Great,
Come down from heaven, and live with me again [1]!

Ii sunt feri et tragici impetus[1] propter quos Marlovius arguitur, non omni ex parte immerito, deos ferocioribus verbis increpavisse, eosque esse nullo pacto putavisse. Qui poetæ infensi erant, contenderunt eum qui nefaria verba personis suis accommodare audebat, ad illa suo nomine proferenda certe paratissimum esse, cui dicto tunc contradicere asperum erat.

Tamerlanus a ducibus suis operose placatus, Zenocrati cruenta promittit funera. Tunc, reipsa, solo orbatur affectu qui hanc vim habebat ut animum suum moveret et alliceret ad misericordiam. Ex eo tempore animo cruentas cædes solum agitat; sævitia et superbia ejus immodicæ et insanæ fiunt. In media belli pericula irruit, oblivium quærens; brevi mortem invenit.

Turcæ tamen *Sultan* consalutaverunt Callipinum, hunc Bajazeti filium qui e custodia aufugit. Tamerlanus ad pugnam procedit postquam oppidum in quo Zenocrates mortua est, incendio delevit. Filiis deinceps suis, præcipue ei cujus bellandi virtutem in dubio ponit, duritiæ præcepta tradit. Seipsum vulnerat ut eos doceat quomodo dolor infracto animo tolerandus sit. Turcæ profligantur, et Tamerlanus, victor, ducitur in triumpho

[1] Ed. Bullen, vol. I, pp. 138-141. — Act. II, Sc. IV.

per scenam insano cum apparatu toties irriso et Marlovio exprobrato. Curru insidet vecto a Trebizondicis et Syriacis regibus quos equorum modo regit : freno, habenis et flagello. Victorum in conspectu regum sponsas eorum infimis militibus permittit. Filiorum suorum natu minimum, qui tergum hostibus vertens, se in fugam dedit, interfecit. Deinde Babylonem oppugnat. Manu autem Dei, quæ suos jam sustulit, ipse percutitur. Mortifere ægrotat, et in curru a regibus vecto jacens, exclamat :

Tamb. What daring god torments my body thus,
And seeks to conquer mighty Tamburlaine?
Shall sickness prove me now to be a man,
That have been termed the terror of the world?
Techelles and the rest, come, take your swords,
And threaten him whose hand afflicts my soul.
Come, let us march against the powers of heaven,
And set black streamers in the firmament,
To signify the slaughter of the gods.
Ah! friends, what shall I do? I cannot stand.
Come carry me to war against the gods
That thus envy the health of Tamburlaine [1].

Tunc audiens Callipinum, antea victum, sed non captum, novum paravisse exercitum, et ex hostis morbo occasionem ejus incursandi cepisse, ultimo conatu vires suas recolligit, et exercitum adversus Callipinum ducit. Turcas profligat, morbum autem vincere non potuit; redit vitam exhalans. Tunc filiis et ducibus suis supremum vale dicit, jubet coronam Amyræ, filiorum suorum primogenito, imponi, et postquam, ipso postulante, Zenocratis arca, quam secum undique portat, allata fuit, exclamat :

Tamb. Now eyes enjoy your latest benefit,
And when my soul hath virtue of your sight,
Pierce through the coffin and the sheet of gold,
And glut your longings with a heaven of joy.
So reign, my son; scourge and controul those slaves,
Guiding thy chariot with thy father's hand.
As precious is the charge thou undertakest
As that which Clymene's brain-sick son didguide,
When wandering Phœbe's ivory cheeks were scorched,
And all the earth, like Ætna, breathing fire;

[1] Ed. Bullen, vol. I, p. 198. — Act. V, Sc. III.

Be warned by him, then ; learn with awful eye
To sway a throne as dangerous as his ;
For if thy body thrive not full of thoughts
As pure and fiery as Phyteus' beams,
The nature of these proud rebelling jades
Will take occasion by the slenderest hair,
And draw thee piecemeal like Hippolitus,
Through rocks more steep and sharp than Caspian clifts.
The nature of thy chariot will not bear
A guide of baser temper than myself,
More than Heaven's coach the pride of Phaeton.
Farewell, my boys ; my dearest friends farewell !
My body feels, my soul doth weep to see
Your sweet desires deprived my company,
For Tamburlaine, the scourge of God, must die [1].

Et recordatione Zenocratis lenitus, forte confidens se eam quam perdite amavit, ultra sepulcrum iterum visurum esse, vita excedit, victoria sua, ut ita dicam, obrutus. Hic argumenti exitus sine dubio magnificus et sublimis est. Egregium imponit finem fabulæ quæ primum et verum dramatis novi fuit exemplum, et cujus virtutes et vitia ipsa demonstrant Marlovii animum validum esse et ingenium præstans. Vehementissime et religiose intuentium animos permovet, et allicit ad ignoscendum rebus nimiis et ridiculis quæ passim vividam deformant effigiem viri cujus vita inter maxime tragicas et horrendas numeratur.

[1] Ed. Bnllen, vol. I, pp. 205-206. — Act. V, Sc. III.

CAPUT V

De Marlovianis Fabulis

II. De Fausto, de Pariensi Cœde et de Melitensi Judæo

The tragical history of the Life and Death of Doctor Faustus secundum est Marlovii drama. Alio in scripto[1], res quæ de fabula illa venerunt in controversiam et illius laudes mendasque perpendi, et ad hanc materiam non revertar. Mihi autem superest ut locum præcipuum indicem quem fabula illa inter Marlovii dramata obtinuit, alias enim fabulas ejus, præter Eduardum secundum, superat, et multo perfectior est quam Tamerlanus. Eo magis præminet quod, rem tractando, Marlovius gravissima e vitiis suis abjicere potuerat. Ei liberum fuit ingenii dotes in lucem puram proferre. Tantum versus non similiter desinentis causam vicerat ut non solum non accusatus fuisset quod dramatis dignitatem imminueret assumendo metrum solam versus speciem præbens, sed etiam ut in crimen contrarium incurrisset. A litteratis arguebatur personis suis majorem et nimis lyricum addidisse sonum vocis, quo generis modum excederet, et ad ampullas devolvisse ridendas. A prioribus tutus objectis, non longius ei necesse fuit naturæ dotes quibus præcellebat in majus extolleret. Ingenium ejus tam validum et copiosum erat ut, naturæ suæ obsequendo, sine contentione se tolleret ad summa fastigia a poetis præclarissimis celebrata, et in regionibus illis volitaret suspensis alis. Sive intellexit se jure ac solerter a criticis reprehensum fuisse, sive scenæ usus qui mentem suam formaverat, errorem ei ostendendo, vires melius regere eum didicit, Marlovius ex eo tempore in illas ampullas, at saltem tanta cum intemperantia, non recidit. Sermo ejus, quum in Fausto tum in fabulis sequentibus, expurgatur circumfluentibus verbis et jactantia extra modum exultante, aliquando

[1] Histoire de la Légende de Faust, ch. IX.

etiam insana, quibus in Tamerlano corrumpitur. Orationis tamen vim et virtutem hac emendatione non enervat, potius autem corroborat. Modum enim æquum non excedendo, certius, vehementius etiam permovet animos. « L'enflure diminue, inquit Tainus, mais la violence reste. »

Felicius adhuc Marlovius mutavit quasdam artes quibus, quum scriberet, utebatur. Faustum componendo, rectius intellexit quomodo res scena requisitæ tractandæ sint. Non solum fabulam melius cogitavit, sed etiam ita scripsit, ut intuentium animos attentiores teneret. In Fausto multo magis quam in Tamerlano veri dramatis novi rationes, sermonem et tenorem reperies. Posteriorem fabulam scribendo, Marlovius certe rectam invenit viam; eam autem nec omnibus liberavit impedimentis, nec totam exploravit. Nonnullis in locis in dubio est et hæsitat; aliquando etiam ad pristinos errores revolvitur. Quantumcumque est ingenium ejus qui res antiquo statu demovet, quamvis distincte et egregie res excogitaverit, se tamen omnino vinculis rationum et morum consuetorum exsolvere non potest. Ideo Marlovius, licet solutissima audacissimaque mente præditus fuerit, temporum conditionibus et rebus in more positis debitum sæpe reddidit. Si primam Tamerlani partem, ut verisimile est, Cantabrigiensibus Athenis scripsit, eo magis ei operosum fuit a servitute illa se vindicare, quod non exempla viderat quæ posterius ei proposuerunt Londiniensia theatra et quibus institutus fuit. Idcirco quædam Tamerlani partes finguntur ad exemplar tragœdiarum vel antiquarum, vel ad harum similitudinem tunc in Britannia scriptarum. Res a personis tantum narrantur vel disceptantur quantum aguntur, et quamvis vitia illa minuantur vehementi fervidoque sermone Marlovii, qui mox harum morarum memoriam oblivione delet tragœdias movendo, manifesta tamen fiunt, sæpius enim iterantur. Præcipue quum fabula legitur apparent, nam neque splendidis scenariis picturis et vestibus, neque personarum in scena agentium trepidatione tunc obumbrantur. Pluribus in locis, Tamerlanus ejusque hostes ideo in scenam adducuntur, ut intuentes quamobrem veniant in conspectum doceant, et quid acturi sint, quum pulpito decesserint, nec ullam aliam ob causam. Plerumque, fateor quidem, verborum nitore cultuque, sermonibus ornate locutis, et rebus opulenter et cumulatissime numeratis vel descriptis, menda occultantur; constant tamen, quamvis obumbrata. Præter hæc,

spectacula quæ scenæ dicuntur, aliquando non alia cum aliis tantum quantum satis est conjunguntur. Nec inter se commissa sunt liquida eventorum serie, nec alia aliis ita nectuntur ut exitum suum habeant quum fabula peragatur. Horum eventorum in locum succedunt quidem Tamerlani vita et fortuna, cujus miranda et immensa effigies oculos tam intentos detinet, ut rei tenor et nodi non tam necessarii sint huic fabulæ quam aliis. Hi tamen nonnunquam desiderantur, et quum Tamerlanus a pulpito discedit, quum præsertim aliis casibus mentes oculique in breve tempus ab eo abducuntur, fabula subito desistit, et spectantes perturbati nesciunt ad quas res vel personas animos intendere debeant. Tandem, præter ingentem Tamerlani imaginem quæ tam valenter effingitur, ut induatur ea magnitudine numerum humanum excedenti et quibusdam Michaelis-Angeli operibus propria, personæ levius delineatæ sunt. Nec tam spirantes sunt, nec tam ad naturam accommodatæ ut veri similitudine intuentes decipiant, et attentos teneant. Cunctæ, Zenocrates ipsa, solum adjuvant ad illustrandum heroïcam Tamerlani effigiem, quæ mediam occupat scenam. Sæpius tandem, quum loquuntur, poetæ, non ipsarum sensus exprimunt.

Vitia illa, mendæ præsertim quibus tironis inscitia declarabatur, de Fausto tolluntur. Non solum Marlovius repudiavit plus æquo sublimem et generosam sensuum et verborum virtutem qua Tamerlanus corruptus est, sed etiam fructum cepit et ex fabulis tunc in Londinienses scenas inductis, quarum spectans fuit, et e peritia quam collegit ipse, primam fabulam suam docendo. Ut poetis tanto ingenio præditis documento sint præcepta rebus tradita, nec usu, nec tempore longo opus est. Persona quæ primas partes agit tam atrox et tragica est quam Tamerlanus. In posteriore, sicut in priore fabula, persona illa medios et summos fabulæ locos tenet. In eam omnia vergunt et perveniunt. Hæc rerum cogitandarum ratio ad Marlovii naturam accommodata fuisse videtur, ea enim usus est quum scriberet, non solum hæc dramata, sed alias suas fabulas, et reipsa ad viri ingenium et mores respondebat. Sæpe fecunda est artibus aptis ad rei nodos nectendos solvendosque et ad spectantes vehementer movendos. In unam rem et in unam personam oculos animosque intuentium miro modo conducit, quod fabulæ summa est et maxime necessaria virtus. Deinde circum

personam primas partes agentem, quæ Faustus est, Marlovius intricat fabulam suam et ab initio usque ad rei finem, per nodos magis magisque implicatos et penitus animos concitantes adducit mentes in argumenti exitum prævisum, fateor quidem, exspectatum etiam, mente autem tam anxia sollicitaque ut timor primum et deinde terror optime vicem expleant rerum dubiarum quibus in aliis fabulis intentium studia in suspenso detinentur. Nodi, quamvis simplices, faberrime nectuntur. Inest enim in his sublimitas rerum quæ ad naturæ verique similitudinem excogitatæ sunt, et Marlovius tragicas partes adumbravit tam prævalide manuque tam certa, ut Goetus (Gœthe), designando quantum virtutes illæ valeant, oblique fateatur se illas nec superare, nec etiam æquare potuisse. Cunctæ personæ, personæ etiam quæ, natura sua, nec ad humanum genus, nec ad orbem terrarum pertinent, amplius quoque spirant et propius ad veritatem accedunt. Nec obsoletos vel pertritos exprimunt sensus, nec suarum sententiarum formas a dicendi genere tunc florente sumunt. Omnia quæ sentiunt et loquuntur ea sunt quæ suis partibus postulantur, et quod sententiæ illæ ductæ sunt ex ingenio Marlovii ipsius, id est ex ingenio poetæ cogitata tam callide quam vehementer formantis et enuntiantis, personæ animos intuentium sæpe concitant, et agitantur motibus et affectibus qui vitæ veræ speciem in scenam inducunt. Inter Tamerlanum et Faustum idem interest atque inter Johannis Racinii fabulas quæ *Alexander* et *Andromache* inscribuntur. Prioribus proditur inscitia tironis qui, iter prætentando, imperite agit et peccat. Posteriora opera sunt viri periti qui totam scientiam et usum plenum artis usurpavit, et summe materiam et mentem suam regit.

Fabula Faustus inscripta, quum e Marlovii manibus exiit, amplius, sine dubio, quam hodie, virtutibus illis eminebat, hujus enim primum scriptum non ad nos pervenit et antiquissimæ editionis quæ nunc constat et anno P. C. N. millesimo sexcentissimo quarto (1604) [1], in vulgus emissa fuit scriptura semel et sæpius retractata fuerat. Marlovius potuit, debuit etiam scribere plures scenas partis interjectæ inter clandestinum fœdus quo Faustus fidem suam diabolo obstringit et argumenti

[1] The Tragicall History of D. Faustus. As it hath bene Acted by the Right Honorable the Earle of Nottingham his servants. Written by Ch. Marl. London Printed by V. S. for Thomas Bushell 1604 (*Bullen*)

exitum. Sed extra fidem est cum mimicas scripsisse ineptias quibus pars illa refercitur. Ingenio suo indignæ, neque orationi, neque indoli suæ respondent. Secundam fabulam, sicut primam, scenici adulteraverunt, ei interpolando scurriles scenas a plebe requisitas, et is qui drama edidit aut facetias illas inchoatas et rudes removere non ausus est, aut non tam callidus fuit ut illas recidendas esse sentiret. Permanserunt, quin imo, auctæ fuerunt, et fabulæ detrimento, res enim adjunctæ primam partem a tertia dividunt, non unam cum altera conjungunt. Unde secutum est ut minuerint pondus et vim fabulæ quæ nec tam simplex et una quam antea facta est, nec tanta cum vehementia spectantium et legentium animos percussit.

Pro certo habemus scenas illas fabulæ interpositas fuisse. Argumenta ad probandum firmissima videbantur esse duæ notæ in Henslovianas tabulas relatæ de quibus supra dixi, et quarum una tabulis illis mandata fuit anno millesimo quingentesimo septimo (1597) [1] ante diem tertium decimum Calendas Januarias (20 Décembre) et altera anno millesimo sexcentesimo secundo (1604) [2] ante diem undecimum Calendas Decembres (22 Novembre). Utraque non aliquid incertum relinquebat. Dixi autem primam notarum illarum in dubium expresse vocatam fuisse. Si sit quidem ut notis illis nullam fidem adjungere liceat, attamen compertum est scenas scurriles additas fuisse. Aliis testimoniis ostenditur scriptum anno millesimo sexcentesimo quarto (1604) editum, post Marlovii mortem retractatum fuisse.

« Malone, inquit Dycius [3], believed that the quarto of 1604 was « Marlowe's original play; » but a passage in a speech of the Horse-courser proves him to have been mistaken. The words are these; « Mass, Doctor Lopus was never such a doctor: » now, Marlowe died in 1593; and the said Doctor Lopez did not start into notoriety till the following year, during which he suffered death at Tyburn for his treasonable practices (He was executed in June 1594 : see Stove's Annales, p. 768, ed. 1615.)

Rogatum est utrum Marlovius an unus ex iis qui postea fabulam retractarunt, scripserit quosdam secundæ partis locos non prædicandos, imprimis locum in quo Faustus, magicis artibus

[1] Loc, cit. p. 71.
[2] Loc. cit, p. 228.
[3] Marlowe's works, p. xxi.

utendo ut omnem oculorum sensum effugiat, intra Vaticanum penetrat, et indignis summum Pontificem Romanum contumeliis afficit. Res omnino latet, et non in magno ponenda est discrimine. Si Marlovius locum illum non scripserit, is erat qui talia libenter in scenam induxisset, eo consilio ut novæ religioni faveret, vel ut hujus fautoribus blandiretur, et res insevit atrociores in fabulam quæ *The Massacre at Paris* inscribitur.

Faustum et cunctas fabulas quas in posterum dedit componendo, Marlovius versibus non similiter desinentibus usus est. In locum versus referentis eumdem in cadendo sonum subjecit illum, tum etiam quum carmina colloquiis personarum mixta scriberet. Quædam tamen partes soluta oratione dictæ sunt. Sed nescitur an Marlovius has scripserit. Id etiam propius est fidem, has opus esse eorum qui fabulam post mortem ejus retractaverunt, et locos intromissos componendo, in vicem versus solutam orationem adhibuissent, quod, operam quam celerrime conficere cupivissent.

Faustus, proxime atque Tamerlanus, plausus movit. Verisimile est Cædem Pariensem non minores plausus excitavisse, quamvis lateat quomodo fabula successerit et quo tempore acta sit[1]. Si notæ in Henslovianas tabulas inscriptæ anno P. C. N. millesimo quingentesimo nonagesimo quarto (1594), per Quintilem, Sextilem et Septembrem mensem ad fabulam in scenam reductam respiciunt, ostendunt Cædem Parisiensem apud populum in maxima gratia fuisse. Eam solum semel editam fuisse credunt et volumini non appositus est annus qui tamen videtur fuisse annus P. C. N. millesimus quingentesimus nonagesimus quintus vel annus qui consequitur (1595 ou 1596)[2]. *The Massacre at Paris* clare memorat hispanam classem a rerum scriptoribus vocatam *Armada,* ex quo consequitur ut fabula illa paulo post annum millesimum quingentesimum octogesimum octavum (1588) acta fuerit, et res videtur habere hanc vim ut confirmet sententiam eorum qui putant Cædem Parisiensem ante Melitensem Judæum actam fuisse. Eo Payni

[1] The Massacre at Paris : With the death of the Duke of Guise. As it was plaide by the right honourable the Lord high Admirall his Servants. Written by Christopher Marlowe. At London Printed by E. A. for Edward White, dwelling neere the little North doore of S. Paules Church at the signe of the Gun (*Bullen*).

[2] Did he (Guise) not cause the king of Spain's huge fleet
To threaten England, and to menace me ?
(Bullen, vol. II, p. 288. — Sc. XXI.

Collieri inclinat sententia, ut *The Massacre at Paris* Fausto prior sit, quod omni ex parte huic impar, mendis corrupta sit supra in Tamerlano vituperatis et quæ, nec in Fausto, nec in posteris fabulis reperiuntur. Tenor in rebus et nodis imprimis deest, et hoc vitium ex eo profectum est quod omnia quæ in re sunt, vergunt et conveniunt in unam personam, Guisium Ducem, cujus publica privataque vita, cito explicata, in promptu est et omnes alias rei partes occultat. Jure ac solerter vitium illud reprehendit Paynus Collierus. Parisiensis cædes festinanter et indiligenter composita fuisse videtur, et, typis mandata, non accuratius impressa fuit. Unde autem non sequitur ut Fausto prior sit. Non minus in natura rerum est ut unus eorum qui theatris præerant tentaverit questum facere, et e fama Marlovii, jam prospera Tamerlani et Fausti fortuna illustrati, et ex odio eorum qui, novæ religioni faventes, apud Britannos, inimicissimi erant cædis parisiensis concitatoribus et præsertim Guisio duci, qui hujus facinoris princeps fuisse putabatur. Quamobrem fabulam componendam Marlovio locavisset, et Marlovius temporis augustiis et pecuniæ inopia compulsus, rem festinanter et indiligenter scripsisset. Id etiam conjectura probabile est, Marlovium, inter scripta sua opus inchoatum habuisse, et hoc perfecisse ut operam effugeret argumenti novi quærendi.

Hac conjectura plenius quoque ratio redditur cur locus nonæ decimæ scenæ calamo scriptus et a Payno Colliero inventus, longior sit et emendatior quam locus qui in libello typis mandato ei respondet [1]. Paynus Collierus putat scriptum libelli exemplum fuisse multis partibus deficiens et mendosum ab ignaro scriba, dum scenici fabulam agerent, vel ab uno e theatri familiaribus sine cura transcriptum. Fabulam autem si diligenter inspexeris, hæc opinio tibi non veri speciem præbebit. H. Ulricius [2] rem jam notavit. Versus in totum æstimati tam recte structi et perfecti videntur quam versus aliarum Marlovii fabularum. Non inter eos reperiuntur, ut in quibusdam dramatibus, versus non similiter consonantes more solutæ orationis a typographo dispositi; nulla verborum mixtura apparet, nulla rerum confusio; typographi lapsus non numero majores sunt

[1] The History of English dramatic poetry, ed. 1879, vol. II, p. 510-512.
[2] Jahrbuch der deutschen Shakespeare Gesellschaft, Ir Jahrg. — Christopher Marlowe und Shakespeare's Verhaltniss zu ihm, von H. Ulrici, p. 66.

in libello quam in aliis dramatibus eo tempore litteris mandatis. Scenæ tandem oriuntur aliæ ex aliis æquali tenore, et ita contextæ sunt ut nusquam aliquæ desint vel earum ordo perturbetur. Si locus a Payno Colliero inventus a Marlovio scriptus fuit, et non est pars fabulæ posterius retractatæ, ab eo ostenditur Marlovius recidisse quosdam dramatis jam incepti locos qui ei longiores videbantur, vel brevius quasdam rescripsisse scenas.

Drama, tripartitum, perspicue opus rude ac vix inchoatum est. Marlovius præcipuas res a Guisio duce actas a Parisiensi cæde usque ad ejus mortem ante spectantium oculos ponit et agitat serie spectaculorum tenuiter delineatorum quibus nec res, nec personarum mores accurate explicantur. Hæc citata rerum explicatio magnam indicat festinationem, nisi tamen e proposito consilio profecta sit, quam conjecturam non extra fidem esse infra ostendam. Quale id cumque est, drama neque voluptate, neque etiam litteris nudum est, et a criticis plus æquo spretum fuit. Guisii personam quæ sola accurate efficta est, manu nervosa solerterque Marlovius delineavit, et efficit ejus imaginem quam, apud Britannos, novæ religionis fautores animo conceperant. Eam describendo, Marlovius confestim recuperat et servat vim rerum mente fingendi quam aliis in locis reprimit sine dubio ne rem amplificando latior sit, vel ne certos superet fines qui sibi constituti fuerint. Tunc Guisii ducis personam informat tam valenter et perite quam Tamerlani et Fausti effigies descripsit. Hac fabula, quamvis vitiis abundet, primum quoque proposuit exemplum cujusdam historici dramatis formæ ulterius in scenam inductæ a scriptorum familia quæ « Les Romantiques » vocatur, quod exemplum non pariter præbet Tamerlanus, tragœdiæ adhuc multis partibus similis. Hujus autem dramatis Marlovius Eduardo Secundo, postrema ejus fabula, consummatum præbiturus erat exemplar quo adæquat, imo superat, quibusdam partibus, historica Shakespeari dramata.

Deficiunt insuper Cædi Parisiensi rerum strictus tenor et nodi tragicis et inopinatis eventis referti, ulterius in drama novum a Marlovio ipso immissi. Res autem tam acriter celeriter que aguntur ut spectantes, quibus sui colligendi facultas non relinquitur, inviti etiam, per eventa trahuntur. Perpetuo spectacula spectaculis mutantur, et quamvis aliquando inter se nec

satis, nec apte commissa sint, unumquodque tamen adjuvat ad res et personas in lucem proferendas. Quin etiam, sine intermissione in scenam inducta, tantum ad animos movendos valent, ut spectantium animos rapiant, præsertim quum Marlovii et Shakespeari ingenio ficta et manu adumbrata sunt. Colloquiis vividis cæsisque personæ rei nodos extricant, et dum per atroces neces et per eventa tragica ad argumenti exitum properant, formas et vultus induunt quibus earum mores declarantur. Interdum in locis maxime tragicis, quum nodi præcipui solvuntur, libidinum impetus omnia rumpunt vincula, et in diutinas fervidasque orationes se effundunt. Nonnunquam etiam Marlovius, quum sibi propositum est aut in totum et uno eodemque tempore mores et imaginem effingere personæ quam ab imitio in lucem proferre cupit, aut eventa necessarie explicanda quam paucissimis verbis exponere, utitur diutinis soliloquiis sæpe scientia bene dicendi præstantissimis, quamvis non sint verisimillima. Illas dramatis novi artes, nisi primus adhibuit (harum enim exempla plus minus perfecta jam constabant) coegit saltem in unam fabulam et scite ac distincte disposuit. Idcirco verisimile est illas permovisse spectantes, et eo magis penitus quod miro modo ad rem alteram et longe disparem efficiendam adjuvabant, id est ad libidines quæ ad res publicas vel ad religionem attinebant concitandas. Facillime cogitatione finguntur irati infensique sensus et omnes libidines quibus incendebantur animi virorum vix refectorum a terrore quem Hispana classis cui Armada nomen iis intulerat, et quorum cives tunc bellum asperrimum in Batavia cum Hispanis gerebant, quum ante oculos eorum dramate ponerentur et agerentur horrida Parisiensis Cædis spectacula, consulte aucta et summis et fictis facinoribus corrupta, cujus cædis principes et architecti, quum veri, tum falsi : Rex Francorum et aula ejus cum Guisiis atrociter depingebantur. Marlovius, reipsa, fabulam suam scribendo, nullam omisit rerum quæ ad oblectandas vilissimi multitudinis cupiditates pertinere arbitrabatur. In cunctas transit sententias plebis, cujus erroribus, iracundiæ odioque assentitur. Hæc etiam tam acerrime exprimit, ut verba sua sine dubio mirandum in modum resonarent in spectantium animis et maximos plausus excitarent.

Nunc quærendum est utrum illarum plebis cupiditatum Marlovius vere particeps esset, an solum eas exprimeret ut certius

fabula sua plausus excitaret. Duæ conjecturæ, quæ non inter se pugnant, parte aliqua veræ esse videntur. Non dubium est quin Marlovio, quum Parisiensem cædem scriberet et hanc fabulam flagrantissimis libidinibus imbueret, in animo fuerit se fructum ex errore plebis capturum esse, et blandis callidisque dictis consecuturum esse publicum favorem. Illorum autem errorum, partim, ut propius est fidem, particeps erat ipse. Quibusdam partibus semper ad ætatem suam homines pertinent, et tum etiam quum Marlovius in iis fuisset de Deo sententiis quæ ei imputatæ fuerunt, et sui de religione sensus non læsi essent illis narratis, certe patriæ amore motus fuisset. Cæterum non videtur tantum religionum vinclis solutum fuisse quantum quidam rem fuisse contenderunt. Perseveranter eventa illa, quæ recentissima erant, commemorat, scribendo non solum Parisiensem cædem, sed etiam Faustum in quo non semel illorum mentionom fecit, et res demonstrat eum casibus illis vehementer sollicitatum fuisse. Insigne summi Pontificis Romani et catholicorum odium, quo accensus fuisse videtur, hominis est potius novæ religioni faventis quam Deos esse nullo pacto putantis. Ei sine dubio necesse fuit, quum hoc odium in scenam effunderet, prioris, non posterioris oratione uteretur. Verum si oratio illa non ejus sensibus magna ex parte convenisset, illius verba tanta cum constantia non persecutus esset. Interiores animi sui motus, quos ad celandos semper inhabilis fuit, asperioribus facetiis vel verbis quæ duos sensus significavissent prodidisset, et in fabulis ejus nihil ejusmodi inveni. Hæc non tantum adsunt quantum dictum est opinioni qua arguitur Deos nullos esse putavisse. Multas contra dant facultates hanc sententiam revincendi, etenim in Marlovium non conferenda sunt verba nefanda quæ quibusdam personis fabularum suarum accommodavit. Cum earum sensibus et gestis verba illa in totum consentiunt et e nullo indicio consequitur ut poeta proprio nomine illa dixerit.

Forte non a veritate descicerem, si causam cur Marlovius primas fabulæ suæ lineas solas deduxerit et hanc indiligenter scripserit, ex eo peterem quod pro certo haberet plausus capturos esse rebus ad religionem et ad rem publicam pertinentibus. Drama scriptum ut tempus et eventa postulabant, sine dubio putabat non superstes futurum esse his eventis et si majorem curam in eo perficiendo adhibuisset, vanum credidisset

insumere laborem. Mirabilem in modum præsentiebat res arte scenica requisitas, et calluisse videtur in populi sensibus prospiciendis. Res in primis eum non fugiebat, spectantes quorum mens occupata est re in scenam inducta accepturos esse, obsistente nullo, omnia quæ sibi ostenderentur, dum sensibus et cupiditatibus quibus capti essent non avocarentur. Sine dubio perspexerat, si blandiretur vehementissimæ et communissimæ cupiditatum tunc valentium, sibi non opus futurum esse alio auxilio, quum eniteretur ut animos flecteret et traheret, et solummodo rem adumbravit quam forte, temporibus aliis, diligenter et perfecte depinxisset. Quum his artibus uteretur, eo magis omne crimen effugere tibi videbitur, dummodo rem sub eumdem adspectum subjicias, quod nulla ratione valentius animos movere potuisset quam ea serie spectaculorum quibus ante oculos ponebat, atrocissimas civilium bellorum sævitias et omnia scelera, quum vera, tum falsa, tunc ab iis qui *Protestants* dicebantur catholicis objectata.

Drama incipit matrimonio Navarrensis regis cui, postea, quum rex Francorum factus est, Henricus quartus nomen, cum Margarita Valesiensi (*Marguerite de Valois*), regis Caroli noni sorore, quo matrimonio ad parisiensem cædem, ut ita dicam, prolusum fuit. Duo reges, unusquisque fautoribus suis circumseptus, se mutuo onerant amicitiæ promissis quæ non ex una parte magis sincera sunt quam ex altera. Deinde Guisius Dux supervenit, de connubio illo iratissimus. Per totam fabulam depingitur in potentia et in honoribus appetendis immodicus, fallax, corruptus, per fas et nefas ad propositos fines, plerumque sceleratos et flagitiosos, tendens. Simul atque apparet, rem aggreditur. Ad Johannam Albretensem (Jeanne d'Albret), Navarrensem reginam, manicas mittit veneno infectas; militi mandat ut Coliniensem (Coligny) ducem occidat. Postea, in soliloquio quod forte ex egregiis fabulæ locis præstantissimus est, consilia pectore suo recondita patefacit; animi sui sensus et motus effundit. Hæc dramatis novi soliloquia, quibus sine dubio plures abusi sunt, attamen plus æquo vituperata sunt. Natura homini insitum est eum qui in eo est ut opus periculosæ aleæ plenum incipiat, vel capiat consilium quo in lubrico versabitur, valde conturbari. Hominum hoc modo sollicitorum sensus, in dramate novo, soliloquio plurimum aperiuntur. Persona quæ pulpitum occupat motus et affectus qui-

animus suus conturbatur verbis expromit, et hæc verba r se solerter conjungendo is qui scribit modo a vero decedit btemperat artibus, vel potius necessitatibus scenicis. Soliıii autem ratio magis veritatis speciem præbere mihi videtur m ratio eorum qui, tragœdias scribentes, confugiunt, ut umentum exponant, ad opem inevitabilis socii quem præıa persona in consilium advocat et cui suos abditos sensus lit. Spectaculum animi suis sensibus in hoc summo discriıe periculi se dedentis, certe majorem habet misericordiam erius est quam frigida verba personæ rem docentis socium ıs partes plerumque in id loci redactæ sunt ut responsa cet et ea data audiat.

uisii ducis soliloquium nec fervore, nec eloquentia caret.

Guise. Now, Guise, begin those deep-engendered thoughts
To burst abroad those never-dying flames
Which cannot be extinguished but by blood.
Oft have I levelled, and at last have learn'd
That peril is the chiefest way to happiness,
And resolution honour's fairest aim.
What glory is there in a common good,
That hangs for every peasant to achieve?
That like I best that flies beyond my reach.
Set me to scale the high Pyramides,
And thereon set the diadem of France;
I'll either rend it with my nails to naught,
Or mount the top with my aspiring wings,
Although my downfall be the deepest hell.
For this I wake, when others think I sleep;
For this I wait, that scorn attendance else;
For this, my quenchless thirst, whereon I build,
Hath often pleaded kindred to the king;
For this this head, this heart, this hand, and sword,
Contrives, imagines, and fully executes,
Matters of import aimèd at by many,
Yet understood by none;
For this, hath heaven engendered me of earth;
For this, this earth sustains my body's weight,
And with this weight I'll counterpoise a crown,
Or with seditions weary all the world;
For this, from Spain the stately Catholics
Send Indian gold to coin me French *écues;*
For this, have I a largess from the Pope,

A pension, and a dispensation too;
And by that privilege to work upon,
My policy hath fram'd religion.
Religion ! *O Diabole!*
Fie, I am asham'd, howewer that I seem,
To think a word of such a simple sound,
Of so great matter should be made the ground!
The gentle king, whose pleasure uncontroll'd
Weakeneth his body, and will waste his realm,
If I repair not what he ruinates, —
Him, as a child, I daily win with words,
So that for proof he barely bears the name; —
I execute, and he sustains the blame.
The Mother-Queen works wonders for my sake,
And in my love entombs the hope of France,
Rifling the bowels of her treasury,
To supply my wants and necessity.
Paris hath full five hundred colleges,
As monasteries, priories, abbeys, and halls,
Wherein are thirty thousand able men
Besides a thousand sturdy student Catholics :
And more, — of my knowledge, in one cloister keep
Five hundred fat Franciscan friars and priests :
All this, and more, if more may be comprised,
To bring the will of our desires to end.
Then, Guise,
Since thou hast all the cards within thy hands,
To shuffle or cut, take this as surest thing,
That, right or wrong, thou deal thyself a king. —
Ay, but, Navarre, — 'tis but a nook of France,
Sufficient yet for such a petty king,
That with a rabblement of his hereties,
Blinds Europe's eyes, and troubleth our estate.
Him will we — (*Pointing to his sword*), but first let's follow
That hinder our possession to the crown. [those in France
As Cæsar to his soldiers, so say I, —
Those that hate me will I learn to loathe.
Give me a look, that, when I bend the brows,
Pale death may walk in furrows of my face;
A hand, that with a grasp may gripe the world;
An ear to hear what my detractors say;
A royal seat, a sceptre, and a crown;
That those which do behold, they may become

As men that stand and gaze against the sun.
The plot is laid, and things shall come to pass
Where resolution strives for victory (*Exit.*) [1].

Paulisper hoc soliloquio tardata, res sine ulla mora iterum itur. Duo scelera superius comparata committuntur. Navarnsis regina media in aula sua exanimis cadit, quod manum movit manicis veneno infectis quas ei porrexit pharmacopola Guisio missus; et paulo post, Colinius (Coligny), classis præctus, concidit, glande plumbea mortifere ictus. Postea Carolus mus, Catharina Mediciensis et Guisiorum, Andegavensium et ilercorum Cenomanorum (habitants du Maine) duces, de cæde risiensi paranda placide disputant, quum per nuntium comrtum habent Colinium mortifero vulnere a sicario ictum isse. In ædes ejus se transferunt, et nullam ob aliam causam anifestam, nisi quod delectari cupiunt spectaculo hostis aniam efflantis. Vix egressi sunt quum cædes incipit. Guisiorum, ndegavensium et Aulercorum Cenomanorum duces tota urbe scurrunt, militum agmine comitati, et omnes novæ religionis utores qui iis obvii sunt, mactant. Domum classis præfecti rum ingrediuntur et militibus suis jubent eum saucium occire. Incepta exsequuntur Ramum interficiendo et prehendendo ivarrensem regem et juvenem Condatensem principem, cujus æceptores necantur. Deinde Guisius tantis cædibus lassatus, d non satiatus, exclamat :

Guise. And now, sirs, for this night let our fury stay.
Yet will we not that the massacre shall end :
Gonzago, post you to Orleans,
Retes to Dieppe, Mountsorrell unto Rouen,
And spare not one that you suspect of heresy.
And now stay
That bell, that to the devil's matins (midnight) rings.
Now every man put off his burgonet,
And so convey him closely to his bed [2].
(*Exeunt.*)

Per duos postremos actus res atrocissimæ sine ulla intermisone committuntur. Colinii cadaver patibulo affigitur. Novæ ligionis fautores sub oculis Guisii et sociorum ejus contruci-

1 Ed Bullen, vol. II, pp. 243-246. — Sc. II.
2 Ed. Bullen, vol. II, p. 260. — Sc. IX.

dantur. Cum Regina, regis matre, Guisius placido animo conspirat in cædem Caroli noni qui, paulo post, in scenam defertur jam exstinctus veneno, et Henricus tertius, de Polonia reductus, insigni regio evincitur. Unus ex familiarissimis ejus, Mugeronus, Guisiæ Ducissæ amorem sibi conciliavit, et Ducissa, a Duce deprehensa dum Mugerono scribit, conjugi suo litteras tradere cogitur. Dux cæterum ad Mugeronum per dolum capiendum non suæ uxoris opera utitur. Ut ducissam inducat ad eum in fraudem mortiferam illiciendum non vim adhibet et injurias quibus utitur, eamdem rem agitans, unus e recentioribus et illustrissimis novi dramatis scriptoribus (*Alexandre Dumas*), et quæ tantam miserationem commovent quum agitur fabula cui *Henricus tertius* et *Aula ejus* (*Henri III et sa cour*) titulus. In *Parisiensi Cœde* nihil aliud molitur nisi dux ponit in statione milites qui pugione Mugeronum percutiunt quum Ducissæ gynæceum intrat. Interea, affertur nuntium ingentis victoriæ a novæ religionis fautoribus deportatæ. Dux Jocundiacensis (*Duc de Joyeuse*) acie consumptus est. Rex, a duce Sparnonensi (*Epernon*) excitatus, expresse pollicetur se Guisio Duci necem allaturum esse. Quo facto, ad Blesas confugit, concedens Guisiæ duci ut Lutetias Parisiorum potestate habeat.

A tertii actus initio, incepta peraguntur. Assidue ad ulciscendum impulsus a Sparnonensi duce, qui egressibus ejus adhærescit, rex jubet custodiæ suæ ducem et tres sicarios arcessi; iis sua dat mandata. Paulo post, Guisius dux supervenit ad regem e lecto surgentem salutandum. Rex duci arroganter vale dicit et exit, eum prædam relinquens sicariis qui mox iterum apparent. Dux, educto gladio, vim illatam fortiter vi repellit. Brevi tamen pugnæ succumbit, et humi corpus ejus prosternitur. Tunc, ab uno sicariorum rogatus ut animam suam Deo commendet antequam moriatur, et regis veniam exposcat, exclamat :

Guise. Trouble me not; I ne'er offended him,
Nor will I ask forgiveness of the king.
O, that I have not power to stay my life,
Nor immortality to be revenged !
To die by peasants, what a grief is this !
Ah ! Sixtus, be reveng'd upon the king !
Philip and Parma, I am slain for you !
Pope, excommunicate, Philip, depose

The wicked branch of curs'd Valois his line !
Vive la messe ! perish Huguenots !
Thus Cæsar did go forth, and thus he died.
(*Dies.*) [1]

Deinde Lotharingiensis Cardinalis in carcerem conjicitur, et rex gaudio perfunditur quod hostis sui cadaver contemplatur et spes evertit Mediciensis Catharinæ quæ, Guisio adjuvante, cogitabat regem sibi obnoxium servare. Ejus autem gaudium non diutinum est. Paulo mox a monacho (*a friar : Jacobus Clemens*) trucidatur et Navarrensis Rex, qui cunctarum dramatis personarum fere solus superstes est, exclamabat, omnibus spectantibus sine dubio plaudentibus, argumenti enim exitus mire cum eorum optatis congruebat :

Nav. Come, lords, take up the body of the king,
That we may see it honourably interr'd :
And then I vow so to revenge his death,
As Rome, and all those popish prelates there,
Shall curse the time that e'er Navarre was king,
And ruled in France by Henry's fatal death [2].

Hoc argumento Britannici spectantes tantum delectabantur, et affectibus tam vehementibus movebantur ut Parisiensis Cædes, quamvis imperfectissima, semel atque iterum in scenam prolata fuerit, et plausus semper excitaverit.

Dixi Hensloyium in tabulas suas retulisse fabulam cui « Guisius » titulus, quæ fabula vel drama Marlovii refectum, vel novum alterius scriptoris opus fuisse videtur, forte Websteris qui anno millesimo sexcentesimo primo (1601) fabulam cui titulus « Guisius vel Gallica Cædes », in scenam induxerat. Alia fabula pariter « Guisius » inscripta, et in librariorum tabulas relata, inquit Wardus, nomini Henrici Shirleii (Henry Shirley) addicta fuit ; et Nathaniel Lee, cujus Voltarius (Voltaire) fabulam cui Brutus titulus imitatus est, anno millesimo sexcentesimo nonagesimo (1690) in scenam induxit Marlovii fabulam retractatam, quæ vero in melius his emendationibus non mutata fuisse videtur.

Melitensis Judœus (*The Jew of Malta*), Henslovii tabulis

[1] Ed. Bullen, vol. II, p. 287. — Sc. XXI.
[2] Id. Ibid. p. 298. — Sc. XXVI.

anno P. C. N. millesimo quingentesimo nonagesimo primo et secundo (1591-1592) per mensem Februarium mandatus, scriptum et actum fuisse anno millesimo quingentesimo octogesimo nono (1589) vel anno sequente videtur. Inter vehementissimas, nisi inter optimas, Marlovii fabulas numeratur. Nusquam vim suam res mente comprehendendi et fingendi amplius ostentavit. Omnia tamen quæ jure ac merito exspectanda erant non effecit, neque quod optabat in totum adeptus est, sed ideo quod res ad quas spectabat nimia cum vehementia persecutus est, et a destinatis deerravit ea superando. Forte tamen, et ad rem posterius revertar, erravit quod ei necesse fuit ut invitus alienæ voluntati obtemperaret.

Argumenti genere Melitensis Judœus inferior est aliis Marlovii fabulis. Ex historici dramatis fastigiis, et e regionibus atrioribus, sed æque excelsis quas Faustus occupat, Marlovius descendit in humiliora vitæ familiaris loca. Inter homines qui existimantur infra infimos plebis esse, præcipuam eligit fabulæ personam, et sola ingenii virtute unam format ex illis imaginibus quibus effingitur totum hominum genus, aliquando etiam populus totus, et cujus lineamenta in omnium memoria indelebilia imprimuntur. Hac enim in fabula, sicut in superioribus, cuncta : res et personas, circum præcipuam effigiem, id est circum Judœum Melitensem conglobavit, et ita ut ea clariori collustretur lumine, nedum occultetur, nam medios tenet locos in quos cuncta tendunt et perveniunt. Eam descripsit tam valide, et sæpe verius quam Tamerlani Faustique vultus, jam penitus in animis insitos. Collocanda esset inter eximia simulacra ingenio præclarorum scriptorum effecta, si Marlovius depingendo quædam lineamenta supra consuetam magnitudinem, eam humana specie non spoliavisset. Hac persona, summis scênicis artibus figurata, ad sublimes pervenit dramatis novi formas. Reliquis autem partibus, opus nihil aliud est, nisi una ex atris fabulis *Melodrames* vocatis. Sensus et nodi immoderati sunt et non verisimiles; animi cupiditatibus personæ tam rabide auferuntur ut omnem humanitatem exuant et verbis suis, quæ spectantium sensibus non respondent, animos non movent, et in pectora stuporem, non horrorem injiciunt. Nec atrocissimis inter fabulas *melodrames* dictas Melitensis Judœus quidquam ea parte concedit, sæpe etiam illas superat. Quamvis illarum absolutum exemplum non sit, attamen numerandus est

inter priores formas; antiquissima etiam esse videtur, nulla enim inventa est, inter superiores fabulas, quæ ei componi possit, non solum argumenti genere, sed etiam crebris intricatisque nodis et rerum cito vehementique cursu. Hic Judœus, per summam injuriam bonis suis spoliatus et iracundia suique ulciscendi studio ad nequissima et postremo ad insanissima scelera compulsus, cogitata perficit animo tam obstinato atrocique, periculum tam audacter contemnit, ut sæpenumero quantum illa properata et contra fidem sint obliviscaris. Spectantes trahit anhelantes et anxios usque ad argumenti exitum per fabricas quæ sine intermissione aliæ ex aliis oriuntur.

Marlovium certe non fefellit personam et partes Barabæ, Melitensis Judœi, rerum nimiarum vel contra fidem plenas esse. Quum conscius eas tales figuravit, quin imo tantum auxit ut consuetos fines rerum quæ absurdæ sunt transgrediantur et decidant in commenta amentiæ proxima, non solis indulsit motibus ingenii extra modum superfluentis, hujus enim licentiæ jam ex illo tempore valida frena injecerat. Impulsus fuit quoque rationibus præstantioribus quam prudentiæ firmique judicii consilia. Quæ rationes, quum attente perquiruntur, nihil, ut opinor, aliud fuerunt, nisi desiderium vim tragicam et atrocia argumenti eventa magis magisque adaugendi, ne ipse, fastigio quod attigerat delapsus, impar sibi videretur. Quamvis ingenio præclaro fecundoque præditus fuerit, Marlovius tunc incidebatur in salebris quibus impediuntur scriptores qui, viribus dotibusque suis non parcentes, omnes virtutes in animis suis natura insitas, in primis operibus profuderunt. Ii deinde nesciunt quibus artibus permaneant in summo culmine quod uno impetu adepti sunt.

Impar suo scribendi modo et fabularum generi quo spectantes illiciebantur tam repente renovandis, et eadem iterum dicendi refugiens, Marlovius enisus est ut seipsum superaret animos constanter altius movendo. Non igitur mirum est si obstinato et, ut ita dicam, desperato labore primum veri, deinde verisimilis et humani fines præteriit. Tamerlano cujus argumentum et personæ modum excedunt acto, Fausti materiam atrociorem adhuc et magis horrendam invenerat. Parisiensi cæde et civilis belli cladibus deinde rem quæsitam obtinuerat, et spectantium opinionibus depravatis cupiditatibusque blandiendo vicerat, modo tamen cædes Parisiensis in scenam ante Melitensem

Judœum inducta fuerit. Quibus autem e rebus, tertio dramate acto, argumentum miserabilius et immanitate plenius sumpsisset? Tunc, sine dubio, suo rerum nimiarum studio ductus, fabricas fœdas et horrenda scelera in majus extollit. Servavit quoque et perfecit artes jam probatas quibus antea, quum Parisiensem cædem scriberet, callide usus erat. Ex eventis et nodis plus æquo congestis, et e citato rerum et personarum cursu ad argumenti exitum quæsivit rationes ad delectationem spectantium aptas quas sibi non eadem cum ubertate argumentum et partes præbebant. Uno tenore, ut ita dicam, fabulam a recentioribus *melodrame* vocatam invenit, et ad eam inveniendam perductus fuit necessitate experiendi, dum artes animos permoventes undique quæreret, omnia dramatis novi genera.

Scenicorum postulata mihi videntur insuper reddere rationem cur de via recta declinata fuerit fabula cujus nodi, per duos primos actus, firmiter et callide intricati solutique fuerant et quemadmodum insulsis casibus et sordibus mimicarum ineptiarum corrupta sit. Exspostularunt sine dubio ea quæ jam a Marlovio impetraverant, quum Tamerlanum et Faustum in scenam induxissent et tunc non solum petiverunt ut in fabulam suam insereret scenas scurriles quas facile postea recidere potuisset, sed etiam ei imposuerunt necessitatem mutandi argumentum ipsum et fabulam penitus corrumpendi. Scenici tamen aliquid excusationis habent, iis enim necesse erat non solum satisfacerent desiderio plebis mimicarum ineptiarum pestudiosæ, sed etiam caverent ne judicium ejus læderent, in scenam inducendo Judæum longe disparem imagini hujus personæ quam majores tradiderant. Quæ persona, et odiosa et stupida, non aliter plebi grata erat, nisi cunctis ludibrio fuerit. Si Barabas usque ad finem fabulæ permansisset in fastidiosa superbia et in odio christianorum quibus per duos primos actus incenditur et eum consilii plenum propensumque ad audendum efficiunt, Marlovius sine dubio periculum adiisset plebis opinioni contradicendi et iram ejus concitandi.

Verisimile est scenicos in hoc periculum se inferre noluisse, et ab initio tertii actus, præsertim in scenis quibus fabula peragitur, persona omnino mutatur. Barabas particeps fit malarum artium quæ cunctæ in perniciem suam vertuntur et quibus vicissim famulo meritricique ludibrio est. Comœdus notissimi

nominis, Alleynus (Alleyn)[1] Judœi Melitensis partes agebat, ut egerat Fausti Tamerlanique partes. Personæ fœditatem augens, plebis gaudium cumulabat induendo os suum assimulato naso qui diu famosus fuit et quo Judœum efficiebat ridiculum et horridum. Hi mimici joci tam inepti erant ut Bullenus dubitet an in Marlovium conferendi sint.

« Marlowe, inquit ille, is not less guiltless of the extravagance and buffoonery in the last three acts of the Jew of Malta than of the grotesque and farcical additions made to Dr Faustus [2]. »

His facetiis, qui fabulam deformabant, multitudini jucundi erant scenici.

Dixerunt quidam nullos Judœos eo tempore in Britannia fuisse, et mendas quibus Barabæ persona deformatur proficisci ex eo quod exempla ad imitandum Marlovio defuissent. Illorum autem sententia cum veritate non concurrit et cæterum superioribus sæculis scriptores exempla ad imitandum proponentes tam multi erant ut Marlovius ex toto personam parvo labore fingere potuisset.

Judœus Melitensis, ut supra dixi, videtur in scenam inductus fuisse anno millesino quingentesimo nonagesimo (1590) vel anno sequente. Eodem die quo fabula in librariorum tabulas relata fuit, ad tabulas illas adscribebatur quoque titulus carminis popularis de eadem re agentis, et, ut verisimile est, e fabula ducti. Quamvis anno millesimo quingentesimo nonagesimo quarto (1594), ante diem quintum decimum Calendas Junias (17 mai) in tabulas illas relata fuerit, fabula, sine dubio, solum multis post annis typis mandata fuit, antiquissima enim ex editionibus quæ hodie exstant [3] anno millesimo sexcentesimo tricesimo tertio (1633) in vulgus emissa fuit (in-4°) a Thoma Heywoodo (*Thomas Heywood*) quum fabula in scenas Aulæ et theatri cui *Cock-pit* nomen reducta, in gratia iterum apud populum esset.

Judœi Melitensis rem narrare non conabor, immodicum enim

[1] Henslovii privignam in matrimonium duxerat.
[2] Vol. I, p. xli.
[3] The Famous Tragedy of the Rich Jew of Malta. As it was playd before the King and Queene, in his Majesties Theatre at White-Hall, by her Majesties Servants at the Cock-pit. Written by Christopher Marlo. London : Printed by J. B. for Nicholas Vavasour, and are to be sold at his Shop in the Inner-Temple, neere the Church, 1633. (*Bullen*).

propter eventorum et nodorum numerum nullo modo paucis verbis exponi potest. Cæterum multo notior est quam aliæ Marlovii fabulæ, ii enim qui scenæ britannicæ annales confecerunt, illecti scilicet fervidis affectibus a nodis illius in animo concitatis, præclaras hujus partes, vel laudibus sustulerunt, vel commemoraverunt. Sibi proposuit Marlovius (et rem sæpe effecit) ut depingeret sensus in Judæorum animis medio ævo concitatos opprobriis, sævitiis et injuriis quibus premebantur. Ostendit eos ultionem petentes atrocem tam aperte quam occulte ex iniquitatibus contumeliisque vel e tormentis intolerandis quibus a Christianis obruebantur, et formidolosis sceleribus inauditisque nequitiis odium suum satiantes. Ut altius intuentium mentes permoveret, animo valido superboque ornavit Judæum quem Christianorum primo ludibrium, deinde pestem descripsit. Ad eum quoque vitia et dotes tunc Judææ genti imputata contulit, id est inexplebilem auri famem, pectus artibus et fallaciis fecundum, quum ei in animo est propositum assequi, patientiam laboris invictam et naturam reconditam quæ nunquam instrospici potest.

Barabas Judæus est Melitæ insulæ ditissimus. Ejus naves omnia maria sulcant; horrea, venalibus rebus abundant; arca, auro et gemmis. Adeo divitiis affluit ut Christiani ipsi eum in aliquo honore habeant. Pars prima fabulæ qua exponitur argumentum, parcius scripta, dramatis forte optima est. Omnes habet numeros picturæ cujus lineamenta coloresque, e natura sumpta, ad summum a Marlovio perducta fuerunt. Auleis missis, Barabas, mensæ assidens, commercia sua enumerat et bona quæ regis, non privati viri sunt, copiosus enim et generosus Marlovii animus Melitensis Judæi fortunas tam largiter quam Tamerlani præpollentes opes et Fausti fervidas libidines descripsit. Mercatores tunc superveniunt. Barabas iis mandata dat potius quam cum iis pactiones facit, etenim cum eo tam proni sunt in obsequium, ut minimum ex ejus verbis æque ac jussa observent. Postquam discesserunt, Barabas soliloquio contemptus et superbiæ pleno, Christianorum divitias Judæorum opibus confert [1].

> Bar. Thus trowls our fortune in by land and sea,
> And thus are we on every side enriched:

[1] [illegible]

These are the blessings promised to the Jews,
And herein was old Abram's happiness :
What more may heaven do for earthly man
Than thus to pour out plenty in their laps,
Ripping the bowels of the earth for them,
Making the sea[s] their servants, and the winds
To drive their substance with successful blasts?
Who hateth me but for my happiness?
Or who is honoured now but for his wealth?
Rather had I a Jew be hated thus,
Than pitied in a Christian poverty;
For I can see no fruits in all their faith,
But malice, falsehood, and excessive pride,
Which methinks fits not their profession.
Haply some hapless man hath conscience,
And for his conscience lives in beggary.
They say we are a scattered nation :
I cannot tell, but we have scambled up
More wealth by far than those that brag of faith.
There's Kirriah Jairim, the great Jew of Greece,
Obed in Bairseth, Nones in Portugal,
Myself in Malta, some in Italy,
Many in France, and wealthy every one;
Ay, wealthier far than any Christian.
I must confess we come not to be kings;
That's not our fault : alas, our number's few,
And crowns come either by succession,
Or urged by force; and nothing violent,
Oft have I heard tell, can be permanent.
Give us a peaceful rule, make Christians kings,
That thirst so much for principality.
I have no charge, nor many children,
But one sole daughter, whom I hold as dear
As Agamemnon did his Iphigen :
And all I have is hers. — But who comes here?

ntervenit casus infestus et improvisus quo eo gravius affliur, quod ad eum credendum segnior fuit. Tres Judeæi, qui iem incolunt, ei nuntiant Turcarum classem in conspectu :arum esse. Timor est ne hostes in terram egredientes, iem oppugnent. Barabas autem Judœos dimittit, eorum me-ı irridendo. Jure tamen magno timore afficiuntur. Turcæ iunt postulaturi stipendium quod Melitensibus equitibus,

ad eos armis propulsandos invalidis, superioribus temporibus imposuerunt. Dies in quos nummi cadunt jam præteriuntur, et Melitensis præfectus, ad stipendium solvendum imparatus, triginta sibi dies postulat et aufert. Ei in animo est tempus datum adhibere ad tributa a Judœa gente exigenda, et hoc extremum auxilium eo libentius experitur, quod Judœorum divitiis Christianorum aviditas jamdudum inflammatur. Barabas aliique principes Judœorum arcessuntur a Melitensi præfecto, qui suum convocavit consilium et cum iis sermonem confert quo cuncta Barabæ dotes et vitia, imprimis ejus superbia et auri fames, invicem et contrarie commoventur et eminent. Barabas nititur ut effugiat requisita Melitensis præfecti qui primum eum in ærarium dimidiam divitiarum partem deportare jubet, et deinde illas in publicum addicit totas, quod priora requisita Barabas aliquamdiu negavit.

Enter Barabas and three Jews.

1 Knight. Have you determined what to say to them?
Governor. Yes, give me leave : — And, Hebrews, now come
From the Emperor of Turkey is arrived [near-
Great Selim Calymath, his highness'son,
To levy of us ten years' tribute past,
Now then, here know that it concerneth us. —
Bar. Then, good my lord, to keep your quiet still,
Your lordship shall do well to let them have it.
Gov. Soft, Barabas, there's more'longs to't than so.
To what this ten years' tribute will amount,
That we have cast, but cannot compass it
By reason of the wars that robbed our store;
And therefore are we to request your aid.
Bar. Alas, my lord, we are no soldiers :
And what's our aid against so great a prince?
1 Knight. Tut, Jew, we know thou art no soldier ;
Thou art a merchant and a moneyed man,
And 'tis thy money, Barabas, we seek.
Bar. How, my lord ! my money ?
Gov. Thine and the rest.
For, to be short, amongst you't must be had.
1 Jew. Alas, my lord, the most of us are poor.
Gov. Then let the rich increase your portions.
Bar. Are strangers with your tribute to be taxed?
2 Knight. Have strangers leave with us to get their wealth?

Then let them with us contribute.
Bar. How! equally?
Gov. No, Jew, like infidels.
For through our sufferance of your hateful lives,
Who stand accursèd in the sight of Heaven,
These taxes and afflictions are befallen,
And therefore thus we are determinèd.
Read there the articles of our decrees.

der. First, the tribute-money of the Turks shall all be levied nongst the Jews, and each of them to pay one half of his estate.

Bar. How, half his estate? I hope you mean not mine (*Aside*).
Gov. Read on.

der. Secondly, he that denies to pay shall straight become Christian.

Bar. How! a Christian? Hum, what's here to do? (*Aside*).

er. Lastly, he that denies this shall absolutely lose all he has.

All 3 Jews. O my lord, we will give half.
Bar. O earth-mettled villains, and no Hebrews born!
And will you basely thus submit yourselves
To leave your goods to their arbitrament?
Gov. Why, Barabas, wilt thou be christenèd?
Bar. No, Governor, I will be no convertite.
Gov. Then pay thy half.
Bar. Why, know you what you did by this device?
Half of my substance is a city's wealth.
Governor, it was not got so easily;
Nor will I part so slightly therewithal.
Gov. Sir, half is the penalty of our decree,
Either pay that, or we will seize on all.
Bar. *Corpo di Dio!* stay! you shall have the half;
Let me be used but as my brethern are.
Gov. No, Jew, thou hast denied the articles,
And now it cannot be recalled.
Exeunt officers, on a sign from the Governor.
Bar. Will you then steal my goods?
Is theft the ground of your religion?
Gov. No, Jew, we take particularly thine
To save the ruin of a multitude:
And better one want for the common good
Than many perish for a private man:

Yet, Barabas, we will not banish thee,
But here in Malta, where thou gott'st thy wealth,
Live still; and, if thou canst, get more.
Bar. Christians, what or how can I multiply?
Of naught is nothing made.
1 Knight. From naught at first thou cam'st to little wealth,
From little unto more, from more to most:
If your first curse fall heavy on thy head,
And make thee poor and scorned of all the world,
'Tis not our fault, but thy inherent sin.
Bar. What, bring you scripture to confirm your wrongs?
Preach me not out of my possessions.
Some Jews are wicked, as all Christians are:
But say the tribe that I descended of
Were all in general cast away for sin,
Shall I be tried by their transgression?
The man that dealeth righteously shall live:
And which of you can charge me otherwise?
Gov. Out, wretched Barabas!
Sham'st thou not thus to justify thyself,
As if we knew not thy profession?
If thou rely upon thy righteousness,
Be patient and thy riches will increase.
Excess of wealth is cause of covetousness:
And covetousness, O, 'tis a monstrous sin [1].

Barabæ desperatio mox in iracundiam adversus alios Judæos se vertit.

« O silly brethern, exclamat ille, born to see this day;
Why stand you thus unmoved with my laments?
Why weep you not to think upon my wrongs?
Why pine not I, and die in this distress? [2]

Vane Judœi eum ad patientiam hortantur. Eorum consilia adversis auribus accipit. Ejus filia, Abigaïl, supervenit. Nuntium affert quo patris sui animus, jam dolore ardens, vehementius adhuc desperatione perturbatur. Patriis ædibus expulsa fuit a Christianis qui domum in sacrarum virginum monasterium converterunt, neque etiam Barabæ liberum tempus datur ad fodiendas e terra gemmas quas domi solo condidit. Luctu

[1] *Ed. Bullen*, vol. II, pp. 20-24. — Act. I, Sc. II.
[2] *Id. Ibid.*, p. 25.

uum hoc supremo ictu calamitatis percutitur, paulo idiore animo rem considerat. Primas jam insidias suas vit. Abigaïl præcipit ut confugiat ad sacras virgines riis ædibus potitæ sunt, contendendo se, divino spiritu in tanta rerum iniquitate ad veritatis lumen oculos se, et ardere studio sacrarum virginum velamen susci- Dum patrias ædes incolet, occasionem captabit Barabæ rum e terra effodiendi. Paulo post, spectantes cernunt ı monasterium intrantem, et Barabam simulate Deum in ationem filiæ suæ precantem.

undi actus initium Marlovius ducit ab uno ex illis specta- quæ scriptores in scenicis rebus callentes soli inveniunt ibus, ad intuentium oculos accommodatis, prosperi fabulæ ıs aliquando auferuntur. Barabas in pristinam domum suam ›sit. Dum suspenso gradu procedit, Abigaïl, in altera ıus parte, circumspectat locum quo pater suus thesaurum a condidit. Hunc longo spatio et intentissime quæsitum, tremo reperit. Pedum crepitum tunc auribus percipiens, ;e submissa vocat; Barabas ei respondet et e manibus ejus ;ipit arculam. Eam apprehendendo, exclamat :

Bar. O my girl,
My gold, my fortune, my felicity !
Strength to my soul, death to mine enemy !
Welcome the first beginner of my bliss !
O Abigail, Abigail, that I had thee here too !
Then my desires were fully satisfied :
But I will practise thy enlargement thence :
O girl ! O gold ! O beauty ! O my bliss !
(*Hugs his bags*).

Abigaïl. Father, it draweth towards midnight now,
And 'bout this time the nuns begin to wake ;
To shun suspicion, therefore, let us part.
Bar. Farewell, my joy, and by my fingers take
A kiss from him that sends it from his soul [1].

Deinde modo latronum aufugit.

Postquam divitiarum suarum partem recuperavit, in vindi- ıtionem acrius adhuc se intendit. Opibus amissis quæ recepit, ›ntra inimicos se armat. De monasterio filiam suam deducit,

[1] *Ed. Bullen*, vol. II, pp. 37-38. — Act. II, Sc. I.

et manu ejus concitat sollicitudinem suspicionemque duorum adolescentium nobilitate insignium quibus perdite amatur. Non inscius unum eorum, Mathiam, a filia sua redamari, ei Abigaïlis conjugium abnegat. Eam contra in matrimonium promittit Ludovico, Melitensis præfecti filio, quem Abigaïl non amat, cujus vero in amorem jussu paterno se incidi simulat. Tunc res æque ac ratus erat evenit. Eam etiam Barabas maturat uno e suorum scelerum sociis præcipiendo ut in Mathiæ manum tradat litteras quibus Abigaïl certum conveniendi locum et diem Ludovico dicit. Quo loco duo juvenes obvii sunt inter se; pugna conseritur cui Barabas adest præsens, latitans autem in ultimo pulpito.

> *Bar.* O! bravely fought; and yet they thrust not home.
> Now, Lodowick! now, Mathias! So — (*Both fall*)
> So now they have showed themselves to be tall fellows.
> (*Cries within*). Part'em, part'em!
> *Bar.* Ay, part'em now they are dead. Farewell, farewell.
> (*Exit*) [1].

Longius adhuc Barabas pedem retrahit quum Melitensem Præfectum, Ludovici patrem, et Mathiæ matrem advenientes cernit; sed de pulpito non decedit. Cruciante eorum dolore se saturare vult. Ex longinquo eorum, ut ita dicam, ululatus gustat et lacrymas potat.

Suæ tamen malitiæ mox pœnas persolvit. Abigaïl perspicit quibus artibus Barabas usus sit. Patri suo discors, et conscientia oppressa, in monasterium quod deseruit, et cujus monachus quidam iterum ei aperit aditum, secedit, bona autem fide, et statutum habens vitam suam inter parietes ejus coercendam. Quum hæc inaudit, Barabas dira exsecratione filiam suam prosequitur, et summus amor quem erga eam habebat, repente in rabidum odium mutatur. Incredibilia tunc incipiunt. Quantacumque est ulciscendi libido qua Barabas torquetur, hactenus non superaverat fines quibus continentur animi cupiditates, tum etiam quum vehementer exardescunt. In hoc loco illos præterit, et se vertit in detestabilem et ferum hominem cujus posterius vultum induit et servat. Existimo eum, filia sua orbatum, omnem exuisse humanitatem, et ex homine bestiam factum fuisse. Nocte repit in filiæ suæ monasterium, comitatus a servo qui atrocium consiliorum suorum socius est et instru-

[1] *Ed. Bullen*, vol. II, p. 59. — Act. III, Sc. II.

mentum, et Ithamorus nomine. Paulo post, Abigaïl supervenit, ainimam efflans. Ei cunctisque monasterii sacris virginibus, Barabas venenum dedit. Antequam extremum effundat spiritum, confitetur de patris sui maleficiis, quorum fuit particeps ex una parte conscia, ex altera inscia, præsertim de dolis quibus Mathiæ Ludovicique certamen et exitium parata fuerunt.

Quarti actus initio, Barabas, quem Ithamorus comitatur, pristinam lustrat domum suam, in qua non in posterum, inquit ipse, æs Christianorum sonaturum est, quoniam sacræ virgines interfectæ sunt. Ithamoro ab eo quærenti num in mæstitia sit propter Abigaïlis mortem, hoc responsum, nec patris, nec etiam hominis, insani autem reddit : « Hoc solum moleste fero, eam tam diu vixisse, quum, natione Judœa, Christiana fieri voluerit. » Barabas et Ithamorus a duobus deprehensi sunt monachis qui Abigaïli vere pœnitenti iterum monasterii aditum nuper aperuerunt, et ei animam efflanti opem tulerunt. Jure timens ne Abigaïl monachis patria scelera arcano dixerit, Barabas iis insidias instruit. Simulat, æque ac Ithamorus, se cupiditate ardere ut ad verum Deum convertatur, et duo socii unum e monachis strangulant, dum ad audiendum eos peccata confessuros se componit; deinde alterum occidunt. Ex ambagibus jam pridem comparatis, consequitur insuper ut Ithamorus indagine capiatur meretricis quæ ministerio ejus pecuniam a Baraba minis protervis cogit, et ad extremum duos Judœos tradit Melitensi præfecto, cui scelera eorum prodidit. His scenis, præcipue, Barabas ridiculus fiebat et illudebatur.

Turcæ tamen Melitam urbem obsidione premunt. Præfectus ex mora ab hostibus data utilitatem cepit, non solum ad Judœos spoliandos, sed etiam ad præsidium, a christianis gentibus, imprimis ab Hispanis petendum. His adjuvantibus, confidit se hostes repulsurum et tributa reservaturum esse. Longo jam tempore urbs in obsidione est, et præfectus et ejus equites a Turcis valide premuntur, quum Barabas deprehensus est. Simulavit Judœus sua manu cecidisse, ut a vinculis inimicorum suorum evaderet. Brevi autem surgit et egreditur castelli fossis, in quas corpus suum, cadaveris speciem præbens, projectum fuit, Turcis locum dat castelli introeundi per abditam viam quam iis pandit. Urbs expugnatur. Melitensis præfectus et ejus equites in potestatem hostium veniunt. Mihi videtur odium Barabæ tunc satiandum esse, et quum eos qui teterrimam sævi-

tiam in eum adhibuerunt, et nunc Turcarum servi facti sunt, contumeliis et probris laceravit, dialectice fabula confecta est. Desiderio autem ostendendi Barabam sceleribus suis molitores immanissimorum facinorum superantem, et eum isto modo in majus spectantium odium adducendi, Judœi furorem in tantam insaniam deduxit ut delirii proximus sit, et solertia ejus, in errorem odio inducta, delabatur in insulsitatem, quin etiam in ineptias. Postquam Christianos in Turcarum manus tradidit, prioribus proposuit se posteriores illecturum esse in eam fraudem qua ipsos decepit. Tunc hoc accidit quod prævidendum erat. Christiani cum Turcis consentiunt ad seipsos invicem ex nefandi proditoris insidiis eximendos. Barabæ postrema fallacia ei soli noxæ est. Antequam autem moriatur, suam Christianorum et totius generis humani invidiam in postremam exsecrationem effundit. Multi, reipsa, inter sensus quos Barabas, per tres ultimos actus, præ se fert sunt viri qui hominum fugit congressum et odit, et quibusdam in locis Shakespeariensis fabulæ quæ *Atheniensis Timo* (*Timon d'Athènes*) inscribitur memoriam renovant. Id conjectura probabile est, animum Shakespeari, quum hoc drama scriberet, locis vel recordationibus Melitensis Judæi sæpe numero obsessum fuisse.

Barabas exclamat, Melitensem compellando Præfectum qui auxilium suum respuit :

Bar. And, villains, know you cannot help me now.
Then, Barabas, breathe forth thy latest hate,
And in the fury of thy torments strive
To end thy life with resolution.
Know, Governor, 'twas I that slew thy son ;
I framed the challenge that did make them meet :
Know, Calymath, I aimed thy overthrow,
And had I but escaped this stratagem,
I would have brought confusion on you all,
Damn'd Christians! dogs! and Turkish infidels!
But now begins the extremity of heat
To pinch me with intolerable pangs :
Die life, fly soul, tongue curse thy fill, and die!
(*Dies*)[1].

Et Barabas animam efflat, Deos usque ad extremum ferocioribus verbis increpans, et vani furoris spumas agens in ore.

[1] *Ed. Bullen*, vol. II, p. 111. — Act. V, Sc. V.

Sakespearus Judœi Melitensis non inscius erat et sine dubio sibi ante oculos posuit Barabæ imaginem quum Shylocki (Shylock) personam invenit. Plures posterioris partes ex priore manifesto sumptæ fuerunt, quamvis nullo loco versuræ haud dubiæ appareant. Shakespearus Judœi personam finxit aliter ac Marlovius, qui iter æmulo suo patefecerat multisque partibus inferior est. Populi non offendit animos, etsi ei non indulgeat. Persona autem a Marlovio formata, quamvis audacior sit, veritati tamen non minus respondet. Si Barabas usque ad finem fabulæ servavisset animum et vultum quos per duos primos actus ostendit, mores et sensus Judœorum qui medio ævo fuerunt perfectius quam Shylockus expressisset. Fortius et animosius exprompsisset horum inexorabile in Christianos odium et inexpletum ulciscendi studium. Nullis partibus, Judœo excepto, intuentes valde tenentur. Barabas vero persona est, non similis veri, sine dubio, sed una ex illis imaginibus quæ æquis oculis non adspici possunt. Vel una, pulpito implendo plebique permovendæ par est. Hoc specimen fabulæ *Melodrame* vocatæ, compositum a scriptore valenti ad excelsissima fastigia magniloquentiæ attingenda, et cujus eximium ingenium notam suam multis in locis impressit, fortiter cogitatum est, et scenæ præbet intelligentiam hactenus insolitam. Res, multis eventis intricata, intuentes ducit ad argumenti exitum per frequentes tragicos nodos et per subitas inopinatasque eventorum commutationes. Melitensi Judœo, ut hujus fabularum generis exemplum fere perfectum sit, nihil deest præter duas virtutes quæ cunctis Marlovii fabulis deficiunt : modum in cogitatis et in affectibus, moderationemque verborum quibus utraque exprimuntur.

CAPUT VI

De Marlovianis Fabulis

III. De Eduardo Secundo et de reliquis Marlovianis operibus

Nescitur, ut supra dixi, quibus temporibus composita et acta fuerit fabula *Eduardus Secundus* inscripta, quæ forte optimum est, et certe maxime elaboratum inter Marloviana dramata. Compertum est solum eam in librariorum tabulas relatam fuisse uno mense et aliquot diebus post Marlovii necem. Editio anno P. C. N. millesimo quingentesimo nonagesimo octavo (1598) [1], in vulgus emissa, per multos annos eruditis sola nota fuit. Suspicabantur eam non primam esse; testimoniis autem certis rei fides non facta fuerat. In hujus libelli volumine quod pars est librorum a Dycio collectorum et hodie *South-Kensington* servatorum, cui volumini titulus deest, annus quidem inscriptus in paginam manu scriptam quæ tituli locum tenet, annus est millesimus quingentesimus nonagesimus tertius (1593). Sed in hoc titulo, septimo decimo sæculo litteris mandato, aliis mendis ostenditur scribæ incuria, et propterea quod ea editio omnibus partibus cum superiore editione concurrit, opinantur scribam pro numero 8, numerum 3 litteris consignavisse.

Anno millesimo octingentesimo septuagesimo sexto (1876) inventum fuit tandem Casselle in Germania volumen editionis anno millesimo quingentesimo nonagesimo quarto (1594) in

[1] The troublesome raigne and lamentable death of Edward the second, King of England: with the tragicall fall of proud Mortimer: And also the life and death of Peirs Gaveston, the great Earle of Cornewall, and mighty favorite of king Edward the second, as it was publiquely acted by the right honorable the Earle of Pembroke his servauntes. Written by Chri. Marlow Gent. Imprinted at London by Richard Bradocke, for William Jones, dwelling neere Holbourne conduit, at the signe of the Gunne, 1598 (Bullen).

vulgus emissæ, quæ nondum in doctorum notitiam venerat, et antiquissima videtur.

Ab editione anno millesimo quingentesimo nonagesimo octavo (1598) divulgata, solum abest discriminibus minimi momenti. His verbis enuntiatur titulus :

« The troublesome raigne and lamentable death of Edward the second, King of England : with the tragicall fall of proud Mortimer. As it was sundrie times publiquely acted in the honourable citie of London, by the right honourable the Earl of Pembroke his servants. Written by Chri. Marlow Gent. Imprinted at London for William Jones, dwelling neare Holborne conduit at the Signe of the Gunne, 1594. (*Bullen.*)

Tertia editio (in-4°) anno sexcentesimo duodecimo (1612) in vulgus emissa fuit; alia, postrema, ut videtur, veterum editionum, anno millesimo sexcentesimo vicesimo secundo (1622). Eduardi secundi scriptum typis mandatum emendatius erat quam scripta aliorum Marlovianorum dramatum, et quatuor editiones quæ hodie supersunt vix inter se differunt.

E fabulæ loco qui respicit ad Eduardum Spenseri jubentem legere nomina nobilium ducum quibus in Turre Londiniensi collum securi sectum fuit, Dycius hoc cogere voluit, scriptum typis mandatum non Marlovii, sed monitoris (souffleur) scriptum fuisse. Ea verba solum refert : « Spencer reads their names » et Dycius addit : « Si Marlovius ipse scriptum typis mandavisset, singula nomina enuntiavisset. » Est in natura rerum ut Marlovius non ipse mendas scripturæ sustulerit antequam fabula typis mandata sit. Sed e re a Dycio indicata non apparet Marlovii scriptum non typis mandatum fuisse, monitori enim plus quam auctori expedibat nomina eorum de quibus supplicium sumptum fuerat non omissa esse.

Fabula Eduardus Secundus inscripta, inferior Fausto, Melitensi etiam Judœo rebus quæ ad scenam attinent mihi videtur. Non tantum præsertim tragicum spirat. Plurimum tamen abest quin ingenii expers et injucunda sit. Eo accuratius consideranda est quod Marlovius hanc fabulam componendo, transivisse videtur in quasdam novas scribendi vias quibus sine dubio deinde perrexisset, si iter nece non interruptum fuisset.

In hoc dramate, Marlovius bonos rerum exitus non tantum petivit quantum in superioribus fabulis e tragicarum usu rerum

vel ex effrenata vi libidinum in dementiam procedentium. Intellexerat, ut opinor, se, viam pristinam sequendo, ad fines quos excedere nequibat pervenisse. Quapropter non ei necesse fuit maximam fabulæ partem ardentibus animi effusionibus impleret. Vis tamen rerum mente fingendarum non ei deest, parcior autem est et magis repressa. Insuper, non ab ea cuncta sperans, Marlovius e moribus et ex intimis animi effusionibus res ad audiendum jucundas quæsivit, quod superius vix tentaverat. Senserat intuentium animos diversius et præsertim multo validius permoveri libidinum motibus mente ductis vel refrenatis quam iisdem motibus quum indomitas exprimunt cupidines hominum qui se corporis voluptatibus dediderunt. Constabat inter omnes Marlovium ea nova fabulæ cogitandæ ratione, in rerum scenicarum intelligentiam progressum esse, et ingenium suum et pulpiti et vitæ usu maturum factum fuisse. His artibus et ingenio præstantissimo juvantibus, ad summum culmen se erigere et absoluta opera perficere poterat.

Fabulæ quæ Eduardus secundus inscribitur, meliora ex ea fonte, pejora ex aliis ceciderunt. Quum autem scriptor suas scribendi rationes hoc modo deflectit, rem primum tentando, eas non in totum mutat. Initio in dubio est et hæsitat, timens ne erret inexploratas ingrediendo semitas. Post hæc, omnes veteres artes repente deserere non potest, et multis in locis in primas revolvit consuetudines. Quum Eduardum secundum scripsit, Marlovius necessitatibus illis paruit. Interiores animi affectus considerando, partes eorum non tam subtiliter dispicit quam necesse esset. Senties eum in loca nova penetrare. Hominis partes extraneas corpusque attentius spectat quam sensus animi penitus reconditos. Res ex hac parte comparatæ non adhuc compensant virtutes quas Marlovius necessario perdidit, contrahendo premendoque lyricas et dramaticas fabulæ partes.

Multo gravius minutum fuit dramatis pondus argumenti selectu. Quamvis Eduardi secundi persona attente perspecta et oculis subjecta sit, intuentibus minimæ curæ est iste rex, indigna progenies Eduardi maximi et degener filius formosæ Hispaniensis Eleonoræ, regno enim vitaque spoliatur quod ei animus est tam mollis et imbecillis ut invalidus sit ad excludendum aula sua abjectum familiarem quo depravatur. Ut animi afficerentur et intuentes faverent Eduardo secundo cum Britannicis optimatibus (barons) et ad extremum cum suis certanti, necesse

fuisset amorem alium esset et familiarem non turpem et aspernandum. Quamvis ex omnibus fabulis a Marlovio scriptis Eduardus secundus ordinatissima sit, et nec nodi, nec vis tragica huic desint, vitium tamen illud his virtutibus non obductum est. Vix et ægerrime conficit Marlovius ut misericordiam intuentium eliciat pro Eduardo secundo, gravissimis contumeliis ab acerbioribus hostibus lacerato. Attamen præcipuas partes dedit regi isti quem, more suo, in medium fabulæ locum ita collocavit, ut in eum, quemadmodum in centrum, res et nodi vergant. Verum Eduardum, ingenio mollem, incertum animi, qui et cupiditatibus et familiaribus suis ludibrio est, non potuit valida induere forma cujus gratia imagines Tamerlani, Fausti Melitensisque Judœi vitam spirant et spectantes valenter alliciunt. Hæc præcipuæ personæ menda eo apertiora sunt, quod Marlovius alias partes indiligentius finxit. Gaveston, qui ab Eduardo Secundo singulariter diligitur, arrogans est et gloriosus ; solo et cæco regis amore in tantum elatus est fastigium, inanis enim est superbia qua intumescit. Regina, primum perindulgens et nimia animi mollitia, qua dignitatem regiam imminuit, jura sua deserens, modum deinde excedit contrarium, concedendo ut de conjuge suo gravissimum sumatur supplicium, quo etiamtum non ad misericordiam allicitur, et ideo spectantibus in odium venit. Optimates britannici, regis etiam fratres, potentiæ cupidissimi et asperrima superbia tumentes, sese unice diligunt et diritate sua animos offendunt. Solus Eduardi filius sua in patrem pietate et virili robore adversus eos qui regem interfecerunt animos movet et spectantes moratur. Secundas autem partes tenet et vultum illum tantummodo per postremum actum induit.

Menda illa, cæterum, minus offendebant, sine dubio, britannicos hujus ætatis spectantes quam hodie lædunt alienigenas drama legentes. Fabula res tractabat recentiores quam ut intuentes harum memoriam non retinuissent, et ab iis non moverentur. Hoc certamine adversus regem, Britannici optimates proluserant ad cruentum « Duarum Rosarum bellum, » cujus luctuosi casus cunctorum in oculis adhuc versabantur, et Marlovianum drama una est ex istis fabulis *Chronicle-Play* vocatis, et Britannicæ scenæ propriis, quarum argumentum totius eventa regni complectitur. Imprimis etiam apud judices auctoritate floruit quod primum est ex historicis dramatibus

lectu jucundis, in quibus præcipuæ res genere postulatæ, non solum confuse prævisæ, sed etiam effectæ sunt. Antiquissimum est generis specimen, et ille princeps ingenii, Shakespearus, hoc in propriis et necessariis partibus non mutavit. Hoc solum solertius et perfectius in pluribus dramatum suorum effinxit. Marlovianæ enim fabulæ non solum rationes secutus est, sed etiam quasdam imitatus est partes, et suum Ricardum tertium ad Eduardi secundi exemplar accurate composuit. Paynus Collierus affirmat præterea eum Marlovio carminis arte inferiorem fuisse et versus suos numeris adstrinxisse nec tam plenis, nec tam diversis.

Carolus Lamb (Charles Lamb) existimat quoque terrorem et angores Eduardi secundi imperio se abdicantis, a Marlovio expressos fuisse verbis et sensibus quæ Shakespearus ægerrime superavit depingendo eamdem desperationem in fabula cui titulus Ricardus Secundus.

Per longum temporis spatium critici putaverunt Fabiani Annales[1] unicum fuisse fontem ex quo Marloviana fabula fluxerat. Nonnulli tamen jam quibusdam indiciis ducti fuerant ad suspicandum alios scriptores ei auxilio fuisse dum postremum scriberet actum, et eum non serviliter Fabiani narrationem secutum fuisse. F. G. Fleiaus (Fleay) in proœmio quod in fronte Eduardi secundi[2] præposuit, hanc fabulam edendo, dilucide ostendit Fabianum nec unicum, nec etiam præcipuum fuisse fontem Marlovii qui multo amplius usus est Stovianis (de Stowe)[3] Annalibus et præsertim Holinshedi (Holinshed)[4] Chronica. Præter hæc, Wardus (Ward) designavit inter prologos et alia carmina quæ in fronte cujusque libri, in Fabiani Annalibus, præposita sunt, populare carmen de miseriis Eduardi secundi agens, et verisimiliter sumptum e poemate a Gulielmo Brangoniensi (Guillaume de Worcester) latine scripto. Quo carmine Eduardus secundus, ut eo tempore moris erat, narrabat ipse suos angores et res adversas.

[1] Fabian, or Fabyan, Robert. Chronicle. Emprynted by me Richarde Pynson, 1516, folio.
[2] Collin's School and College Classics. Marlow's Tragedy of Edward the Second... by F. G. Fleay. M. A. London and Glasgow. W. Collins, 1877, in-18.
[3] Stow (John). A Summarie of Englysh Chronicles. London (1561), 12 mo. Black Letter. First edition.
[4] Holinshed. Ralph. The Chronicles of Englande, Scotlande, and Irelande, by Raphaell Holinshed. Lond. 1577. folio, 2 vol.

Primo fabulæ actu exponitur certamen Eduardi secundi cum britannicis optimatibus qui Gavestonis imperium respuunt. Acriter et distincte Marlovius argumentum explicavit. Ostendit eximie quæ sint et puerile desiderium Eduardi secundi, quum, patris sui morte in regnum perveniens, Gavestonis, aula ejecti, reditum expectat; ejus lætitia exultans et deridenda, Gavestone adventante, et deinde animi mollitia et desperatio, quod ab optimatibus suis obedientiam abjicere minitantibus illum novo exsilio mulctare adigitur. Ira præsertim incenditur quum Durovernensis Archiepiscopus minatur se certamen ad summum Pontificem Romanum delaturum esse. Marlovii studium in eos qui novæ religioni favebant, quod præ se tulit multis in partibus fabularum suarum, in hoc loco rursus eminet. Rex exclamat :

Edw. How fast they run to banish him I love !
They would not stir, were it to do me good.
Why should a king be subject to a priest ?
Proud Rome ! that hatchest such imperial grooms,
For these thy superstitious taper-lights,
Wherewith thy antichristian churches blaze,
I'll fire thy crazèd buildings, and enforce
The papal towers to kiss the lowly ground !
With slaughtered priests make Tiber's channel swell,
And banks raised higher with their sepulchres !
As for the peers, that back the clergy thus,
If I be king, not one of them shall live [1].

Solis reginæ partibus primus deformatur actus. Impensa voluntas Valesiensis Isabellæ in conjugem suum eo magis mira videtur, quod ipsi manifesto carus est Mortimeri filius, quo amatur. Illa adducitur ad animi imbecillitatem tantum dignitatem suam imminuentem, et res tam stupendas permittit ut, dolore suo spectantes nullo modo moveantur. Jure notatum est Marlovium in nulla fabularum suarum veram et perfectam muliebrem descripsisse personam. Zenocrates, Tamerlani sponsa, modo habitum et mores ostendit reginarum commenticiis fabulis fictarum. In Melitensi Judœo, Abigaïli, Barabæ filiæ, tantum illecebræ quantum liberum arbitrium deficiunt. Nunquam patris sui consiliis obsistit; non sibi in mentem venit jussa vel odiosissima recusare, antequam ipsa paterna sævi-

[1] Ed. Bullen, vol. II, pp. 136-137. — Act. I, Sc. IV.

tia afflicta sit, et paulo post e vita discedit, veneno sublata. Valesiensis Isabella ingenio est æque levi et mobili, et rationes quibus voluntas sua mutatur, nec apertius explanatæ, nec veri similes, intuentes ad miserationem non impellunt.

Secundo actu, Regina optimates cum Eduardo in gratiam restituit. Impetravit etiam ab iis ut Gaveston, a quo rex tamen ad nequitiam adducitur, ab exsilio revocaretur. Sperat istomodo se conjugis sui amorem repetituram esse. Regius nuntius Eduardi familiarem Hiberniam petentem assequitur, et eum in aulam reducit. Duæ autem factiones tam vehementibus odiis incenduntur, ut certamen renovetur ubi in conspectu sint. Optimates recusant ne Gavestonem salutent, et eum verborum contumeliis lacerant. Cogitur etiam ut palatio se proripiat, furentes enim optimates e vagina gladium eduxerunt et ei, rege præsente, mortem minitantur. Bellum erumpit et optimates, qui superiores in prælio sunt, insequuntur Gavestonem, cui Eduardus suam neptem despondere ausus erat, et eum captum in carcerem includunt.

Quum aulæum rursus mittitur, Gaveston ad Pembrokiensem comitem, quo retinetur in vinculis, adducitur. Ex eo quærit num regem visurus sit. At ille ferociter :

« Regem cœlestem, forte, inquit, alium autem, nunquam. »

Et jubet milites eum abripere et necare.

Quum audit Gavestonem supplicio capitis affectum esse, Eduardus dolore tandem et ira commotus, virum se præbet. Compellans unum ex optimatibus, juvenem qui regiam fidem secutus est, et jam æque ac Gaveston, regis animum occupat :

Edw. Treacherous Warwick! traitorous Mortimer! exclamat,
If I be England's king, in lakes of gore
Your headless trunks, your bodies will I trail,
That you may drink your fill, and quaff in blood,
And stain my royal standard with the same,
That so my bloody colours may suggest
Remembrance of revenge immortally
On your accursèd traitorous progeny,
You villains, that have slain my Gaveston!
And in this place of honour and of trust,
Spencer, sweet Spencer, I adopt thee here :
And merely of our love we do create thee

Earl of Gloucester, and Lord Chamberlain,
Despite of times, despite of enemies [1].

Et minas illas patrat. Quum optimates, qui jam imperium obtinuisse credunt, audent in conspectum suum venire, graviter queritur de scelere quo manus ipsorum sanguine imbuerunt, quamvis vetuisset ne vita Gavestonis violaretur. Jubet eos deprehendi et in Londiniensem turrim duci, ut de cunctis, perduellionis reis, supplicium sumatur. Sua autem victoria quiete non diu fruitur. Mortimeri, principis inter optimates quibus caput fuit demptum filius, Galliam transfugit cum Regina Regisque fratribus. Ad bellum iterum promovendum, utilitatem capit ex imperitia Regis, qui regni fines a populationibus Scotorum non defendit, et Galliæ provincias sub jugum britannicum subactas Philippo Valesiensi ea conditione tradit ut nec auxilium, nec etiam perfugium Britannicæ reginæ, ipsius sorori, præbiturus sit. Mortimeri filius in fugam regium exercitum vertit, et rex fuga salutem invitus petens, abdit se intra monasterii mœnia. Tunc abbati dolorem et cruciatus animi sui confitetur. Hunc locum Alfredus Mezierus commemoravit, quum ostendit picturam sensuum in animo penitus reconditorum, quæ summum scenicæ artis propositum est, non tam absolute Marlovii operibus defuisse quam res a quibusdam asseverata fuit.

« Lui qui n'aime que le repos et le plaisir, inquit Alfredus Mezierus, il est forcé de prendre les armes ; malgré sa douceur naturelle, les événements l'obligent à frapper sévèrement ses ennemis, sans qu'il ait la consolation d'avoir acheté sa tranquillité au prix de ce grand effort... Quelques vers frappants... jettent une vive lumière sur les déchirements intérieurs d'une âme faible et troublée [2] :

Father, inquit Rex Abbati, thy face should harbour no deceit.
O ! hadst thou ever been a king, thy heart,
Pierced deeply with [a] sense of my distress,
Could not but take compassion of my state.
Stately and proud, in riches and in train,
Whilom I was, powerful, and full of pomp :
But what is he whom rule and empery
Have not in life or death made miserable ?

[1] Bullen, vol. II, p. 180. — Act. III, Sc. II.
[2] A Mezières, loc. cit. pp 114-115.

Come, Spencer ; come, Baldock, come, sit down by me ;
Make trial now of that philosophy,
That in our famous nurseries of arts
Thou suck' dst from Plato and from Aristotle.
Father, this life contemplative is heaven.
O that I might this life in quiet lead !
But we, alas ! are chased ; and you, my friends,
Your lives and my dishonour they pursue.
Yet, gentle monks, for treasure, gold nor fee,
Do you betray us and our company[1]. »

Eduardus secundus paulo post in manus hostium suorum incidit. In fœdum conjicitur carcerem qui pro palatii dejectu est. Diebus decem peractis, per quos sine intermissione extrema in morte tenetur, ex eo educitur ut supplicio capitis afficiatur. Marlovius autem intellexit spectantes non dimittendos esse illa morte luctuosa lugubre motos, tum præsertim quum hoc argumenti exitu non tantum quantum res postularet divinis atque humanis juribus satisfecisset. Pœnæ regis pœnam eorum qui illum interfecerant addidit, ut conscientiæ requisita in totum explerentur. Curam sontes castigandi mandavit regis filio, admodum puero. De Eduardo, libente regina, supplicium sumptum fuit. Quum adolescens rem inaudit, generosi affectus qui veri regis sunt, dolore in animo suo excitantur. Mente concipit pœnas a sontibus sumere suum esse non solum jus, sed etiam officium. Adjutus ab aliquot optimatibus, qui ad eum se adjunxerunt, non cunctatur quin gladio noxios optimates animadvertat.

Ad Mortimeri filium, principem et architectum sceleris, accedens :

King. Villain ! inquit.
Young Mortimer. Ho, now, my lord !
King. Think not that I am frighted with thy words !
My father's murdered through thy treachery ;
And thou shalt die, and on his mournful hearse
Thy hateful and accursèd head shall lie,
To witness to the world, that by thy means
His kingly body was too soon interred [2].

[1] Bullen, vol. II, pp. 199-200. — Act. IV, Sc. VI.
[2] Bullen, vol. II, p. 231. — Act. V, Sc. VI.

Et sontes optimates supplicio capitis afficere, matremque suam in Londiniensem turrim includere jubet.

Tragœdia quæ Dido, Carthaginiensis Regina (*The Tragedy of Dido, Queen of Carthage*), inscribitur, opus est Marlovio cum Thoma Nash commune. Typis mandata fuit anno P. C. N. millesimo quingentesimo nonagesimo quarto (1594), postquam incertis temporibus acta fuerat in Reginæ conspectu a Regii Fani Pueris. Paynus Collierus eam paulo supra annum P. C. N. millesimum quingentesimum nonagesimum (1590) scriptam fuisse existimat. Hanc conjecturam præsertim ex eo trahit quod in fabulæ locis quos a Marlovio compositos fuisse putat, versus non similiter desinens nondum ad summum quod adeptus est in Eduardo secundo perductus fuit. Cui rationi hoc accedit, quod fabulæ argumentum ex toto congruit cum rebus de veteribus scriptis translatis aut ad horum exemplar expressis quas Marlovius vel quum esset, vel quum in eo esset ut fieret artium magister circa annum P. C. N. millesimum quingentesimum octogesimum septimum (1587) scripsit vel inchoavit. Si fabulæ, ut pluribus de causis creditur, argumentum et rationem invenit, veri igitur simile est eum sub illud tempus prius cogitasse et posteriorem adumbravisse.

Incertum est utrum Thomas Nash operam Marlovio vivo et fabulam scribenti dederit, an eo mortuo curam, opus imperfectum consummandi susceperit. Ad priorem opinionem maxime Payni Collieri sententia inclinat. Existimat Marlovium et Thomam Nash, postquam contenderunt jurgio cujus signa in proœmio libelli Menaphon inscripti reperiuntur manifesta, omissa inter se ira et lenitos memoria prisci sodalitii quo Cantabrigiensibus Athenis conjuncti fuerant, inimicitias invicem deposuisse. Huic opinioni nec res a plerisque superioribus scriptoribus mandatæ, nec, ut mihi videtur, res verisimillimæ conveniunt. De re scribens, episcopus Tanner dixit :

« Hanc (tragœdiam) perfecit et edidit Tho. Nash, London, 1594, 4°. »

Et hæc addidit :

« Petowius in præfatione ad secundam partem *Herois et Leandri* multa in Marlovii commendationem adfert; hoc etiam facit Tho. Nash in *Carmine elegiaco tragœdiæ Didonis* præfixo in obitum Chris-

toph. Marlovii, ubi quatuor ejus tragœdiærum mentionem facit, nec non et alterius *De Duce Guisio* [1]. »

Tanneri consentit Wartonius, et opinionem ejus refert, quin etiam confirmat. Dycius, in Marlovianorum operum proœmio, non dubitat quin in eamdem sententiam transeat. Ea vicit et videtur ad rerum naturam accommodatissima. Nec verisimile est, nec præsertim, quum de re nihil neque demonstratum, neque conjectatum est, licet credere Thomam Nash cum Marlovio, qui in proœmio libelli Menaphon inscripti ab eo insectatus et irrisus fuerat, in gratiam rediisse; hæc enim agendi ratio longe dissentit ab utriusque moribus. Eo minus fidem facit, præcipue temporibus anno P. C. N millesimo quingentesimo nonagesimo (1590) superioribus quibus, si Payno Colliero ipso fides, laboris consortes fuissent, quod contumelia novissima tunc erat. Hoc tandem non obliviscendum est, Greenum, qui Thomæ Nash amicus erat, et contumeliæ particeps fuerat, eo tempore fuisse, et usque ad finem permansisse pertinaciter infensum Marlovio, cum quo aperte contendebat. Manifesta est contra causa cur Thomas Nash libentissime interruptum opus inimici sui, e vita migrati, perfecisset. Illud consummando, in hanc spem veniebat se in scenam excitaturum esse plausus, hos enim ad movendos solis suis viribus, ut ipse concedebat, impar erat quod, ut Greenus, ad satiram imprimis compositus, inops erat virtutum quibus fabulæ ad felices exitus ducuntur. Præter hæc, amplum habebat locum sui jactandi, parvo impendio, de re clementi liberalique, laudibus extollendo inimicum tunc non metuendum, et reipsa eo usus est quum carmen elegiacum fabulæ præfixum scripsit.

Tragœdia *Dido* inscripta, inquit Paynus Collierus, opus est eximium et decorum. His verbis fabula certe non supra modum extollitur. Mihi autem videtur curam singulariter arduam suscepisse, quum laboraverit ut locos a Marlovio scriptos a locis quos Thomas Nash composuerit sejungeret. Contendit carmen Thomæ Nash una et eadem modi percussione insigne esse, dum Marlovius solertius variat numerum et interpuncta versus, quem magis profluentem et canorum efficit. Dycius recusat ne illam indagationem moliatur, et ei rem detrectare eo magis jus est, quod sæpe numero Paynus Collierus frustra enititur ut rem dilu-

[1] Dyce, loc. cit. p. xxxv.

cidet. Erravisse præsertim mihi videtur quum Trojæ captæ et exustæ picturam in Thomam Nash conferat ob eam causam quod hic locus inflato deridendoque dicendi genere maxime conspicuus sit; ex quo hoc cogere vult, Thomam Nash ambitiosam in dicendo jactantiam et ampullas captavisse ut inopiam ingenii sui, ad res animo fingendas infirmi, tegeret. Nonne verisimilius est hunc locum, quum virtutes mendasque in multis Tamerlani locis notatas præbeat, eodem tempore et a Marlovio scriptum fuisse? Si præterea Marlovius reliquit fabulam absolutam et Nash eam solum retractavit, et ea est Wardi et Bulleni sententia, res a Payno Colliero tentata effici nullo modo potest.

Ad hanc fabulam scribendam inductus fuit Marlovius sensibus qui eum impulerunt, quum græcos et latinos scriptores imitaretur aut verteret in britannicum, ad opera potissimum deligenda quibus amor cupidissime, quin etiam obscene effictus fuit, ut celebraret muliebris formæ pulchritudinem, quam mirabatur et appetebat flagranti studio jure ac merito a Gulielmo Wagnero [1] inter insignes ingenii sui dotes designato. Si tamen primas scenas excludis, affectus enim exprimunt quos ostendere recentiorum mores vetant et quosdam locos plus æquo petulantes, fabula non propalam decorum offendit. Marlovius et Nash motus animi amore incensi describendo, Virgilium secuti sunt, licentia autem non superaverunt, tum etiam quum locos effusissimas libidines expromentes componerent. Fabula, præsente regina, cujus in conspectu quidam decoris modus servandus erat, acta fuit, quamobrem Thomas Nash, quibusdam in partibus, forte verba mutavit, vel eorum nimiam libertatem mitigavit. Hoc tamen ex nullis indiciis apparet. Fabulæ cæterum argumento quidam Elizabeth molliores affectatique sensus et superbia sine dubio delectabantur. Ei gratissima profecto fuerunt eventa casusque quibus observantia religionis et rei publicæ potentior quam vehementissimi amoris æstus ostendebatur et scilicet parem sui agnovit non Didonem, Æneam autem, cujus persona multo majore similitudine imaginem suam reddit. Forte familiares reginæ clam mussaverunt eam (quæ hos susur-

[1] Christopher Marlowe's tragedy of Edward the Second with an introduction and notes by Wilhel Wagner, Ph. D. — Hamburg, Boyes and Geisler, 1871, in-8°, p. XII.

rus non repugnanter audiebat) tali tempore eamdem animi virtutem ostendisse, neque tamdiu in incerto habuisse quid consilii caperet. Si fabula sibi grata non fuisset, Elisabeth hanc a Fani Regii Pueris agi non tulisset, et illis callidis blandimentis permulsa, non ægre sine dubio oblivione deleverat memoriam inconsultorum dictorum Marlovii, qui enumerans in Eduardo secundo lenocinia quibus Gaveston regem in pravum traxerat, ludos et spectacula quæ tunc vigebant in aula regia commemoraverat [1]. Simpson alios indicavit locos quibus Marlovius, judicio suo, reginæ adhuc, obscurius autem, alludit et quos Elizabeth, sine dubio, ægre tulisset, si illos in eam partem accepisset.

« Dido, inquit Simpson [2]... dwells on the Queen's manœuvres to keep Æneas at her court. Those who knew Elizabeth's ways of keeping her favourites, like Essex, from joining dangerous expeditions, as narrated in Fulke Greville's Life of Sidney, must have made the obvious application of the drama. »

Res incipit naufragio Æneæ, adversa tempestate in Africana littora ejecti, et concluditur ejus discessu et morte Didus quæ se in rogi ignem injicit Trojanas videndo naves e Carthaginiensi portu exeuntes. Cum præcipuis Virgilianæ narrationis locis, frequenter etiam cum singulis rebus concurrit, et Marlovius et Thomas Nash, qui jure Æneidis carmina non serviliter secuti sunt, et verbum verbo reddere non tentaverunt, quod fauste fieri non poterat, fortuna meliore rei eventa Virgiliique sententias et sensus imitati sunt. Legentibus tamen gratior quam spectantibus tragœdia fuisse videtur. Imprimis scribendi arte valet et locis Æneidem æmulantibus quibus legentium animi revocantur ad Virgiliani poematis memoriam, et ad laudes utriusque operis inter se conferendas incitantur. Non continuo fabula nodis deest. Res tragœdia postulatas continet. Argumentum autem magis ad epicum quam ad tragicum genus pertinet, et illud bene æstimavit Virgilius quum rem non in scenam induxit, sed in poema suum inclusit. Si spectantes fabula movere in animo habes, necesse est ut personæ sui potentes sint, et non

[1] Vid. Notam D.
[2] The Political Use of the Stage in Shakspere's Time, by Richard Simpson. — The New Shakspere Society's Transactions, vol. I, 1874, p. 384, London, Trübner, in-8°.

obstringantur servitio quo ex parte vel in totum spoliatæ sunt arbitrio suo. Quum enim voluntate libera carent, non homines effingunt vivos et spirantes qui periculo suo agunt, sed, ut ita dicam, ludibria fati, quæ intuentibus nec curæ, nec delectationi sunt, nisi forte, sicut in Græcorum tragœdiis, conflictata sint adversa fortuna et tantis miseriis cooperta, ut horrore studia spectantium excitent, et omnium mentes vehementissima permoveant miseratione. Æneas vero et Dido in fabula sub ea dura lege jacent. Non homines sunt se rationis aut libidinum consiliis gerentes, sed meri fatorum servi non sua sponte, sed immortalium arbitrio agentes, et quorum miseria manat ex eo quod necessario et invita, sæpe etiam non conscia mente exsequantur aut Fati mandata, aut libita Deorum. Dido, eo tempore quo tecto suo recipit Æneam, amat Iarbam, Gætulorum regem; Veneris autem placito in Æneæ amplexum fertur, et hoc amore, cujus culpa in ea non est, adducitur tamen ad summam desperationem et ad mortem horrendissimam. Similiter Æneas, cui non propositum erat in Didus aula commorari, fato in Carthaginis portum cogitur, et Reginæ amorem patitur multo magis quam appetit. Nullo modo nulloque tempore spectantium favorem captat, quod iners est et non judicio suo, sed aliena voluntate ducitur.

Hac inertia et hac inopia liberi arbitrii re nulla repensata, fabula tota languida et segnis facta est, etenim neque ardentes Didus animi effusiones, neque Æneæ aliquantulum lacrimabilis amor, neque etiam plures nodi solerter intricati spectantium animos movent vel delectant. Inter res a Britannicis scriptoribus inventas, insignis est scena qua Dido ostenditur Deum Cupidinem manibus tenens et eum existimans esse Ascanium, Æneæ filium. Ejus subtili periculosaque virtute inscia opprimitur. Dum Deo blanditur, colloquitur cum Iarba, quem carum habebat antequam Æneas venisset, et cujus amore se semper captam credit, quamvis heros Trojanus vehementer animum suum moverit. Dum menti suæ paret, Getulico regi responsa mitia, tenera etiam reddit. Verum quoties Cupido ejus ora in se inflectit, eamque oculorum acie suorum permovet, toties Æneas pectus Reginæ occupat totum. Iarbam qui præsens, ei molestus est, Dido male accipit læditque verbis, et tandem fastidiose dimittit. Callidum adhuc est artificium quo, Ænea profecto, Regina decipit Iarbæ custodiam. Getulicus rex, dolorem Didus

percipiens et desperatum præmetuens consilium, egressibus ejus adhærescit. Eum Dido præcatur ut rogum exstruat. Hoc causæ rei sumpsit quod in hujus ignem inferre desiderat omnia quæ Æneam ad suam memoriam revocare possent. Deinde, quum fax rogo subdita est et Iarbas quieto vultu graduque composito Reginæ, quæ desperationem suam premit, metu levatur, Dido exclamat :

« Now, Dido, with these relics burn thyself,
And make Æneas famous through the world
For perjury and slaughter of a queen.
Here lie the sword that in the darksome cave
He drew, and swore by, to be true to me :
Thou shalt burn first; thy crime is worse than his.
Here lie the garment which I cloth'd him in
When first he came on shore; perish thou too.
These letters, lines, and perjur'd papers, all
Shall burn to cinders in this precious flame.
And now, ye gods, that guide the starry frame,
And order all things at your high dispose,
Grant, though the traitors land in Italy,
They may be still tormented with unrest;
And from mine ashes let a conqueror rise,
That may revenge this treason to a queen
By ploughing up his countries with the sword !
Betwixt this land and that be never league;
Litora litoribus contraria, fluctibus undas
Imprecor, arma armis ; pugnent ipsique nepotes !
Live, false Æneas ; truest Dido dies ;
Sic, sic juvat ire sub umbras [1].

Et se in ignem injicit.

Bulleno videtur vis tragica huic fabulæ deficere.

« Marlowe inquit ille [2], seems to have descended from his fiery flight above the clouds, and to have sought repose in a trim garden-plot; instead of daring imagination, we have quaint conceits and dainty play of fancy. »

Argumenti tamen exitus tam miserabilis est ut Shakespearus ejus meminisse videatur, quum fabulam « Romeo and Juliette » inscriptam scriberet.

[1] Ed. Bullen, vol. II, pp. 375-376. — Act. V, Sc. I.
[2] Loc. cit., vol. I, p. XLVII.

« Of Shakspere's debt to Marlowe, inquit Wardus [1], in passages of *the Merchant of Venice* I have already spoken; and I feel sure that the Nurse in *Romeo and Juliet* has her original in Marlowe's *Dido*. The closing line of the last-named play falls on the ear like the last line of Juliet's speech after drinking the potion. »

Tabulis *The Stationer's Book* inscriptis commemoratur ante diem sextum Idus Apriles, anno P. C. N. millesimo sexcentesimo quinquagesimo quarto (1654), comœdia cui *The Maiden's Holiday* nomen. Docti putant hanc a Marlovio, qui Joannem Daium sibi adjutorem sumpserit, scriptam fuisse. Nunquam typis mandata fuit et verisimiliter, inquit Dycius, usta fuit a Johannis Warburtonis (*Warburton*) coquo, qui, assiduus codicum consumptor, tam multas fabulas nondum editas et hodie malitia sua deletas ad ignem suis fornacibus admovendum adhibuit. Sed quia testantur tabulæ illæ fabulam a Marlovio scriptam fuisse, non satis est causæ quare rem pro certa habeamus. In *The Stationer's Book* mendosa scriptorum nomina sæpe relata fuerunt et in re de qua quæritur, nota non verisimillima apparet. Marlovius enim anno P. C. N. millesimo quingentesimo nonagesimo tertio (1593) occisus fuit et Joannes Daius, primam suam fabulam in scenam solum induxisse anno millesimo quingentesimo nonagesimo nono (1599) videtur. Si laboris consortes fuerunt Marlovius et Johannes Daius, labore sociati sunt postumo et scilicet Johanni Daio cura illius comœdiæ perficiendæ et retractandæ mandata fuit, quemadmodum Nash officio tragœdiæ cui Dido titulus consummandæ applicatus fuisset. Putant plures trunca quædam ex illa comædia in Alleynicis chartis inventa fuisse. His saltem titulus impositus fuit : Pastorum Sermones (*The Pastoral Dialogue*), et Christophori Marlovii nomini (Kit Marlowe) addicta fuerunt.

Longissimo tempore critici putaverunt Marlovium scripsisse drama *Lust's Dominion or the Lascivious Queen, a Tragedy*, inscriptum. Typis etiam quum fabulam mandavit, anno P. C. N. millesimo sexcentesimo quinquagesimo septimo (1657), Kirkmanus (Kirkman), opus in eum contulit. Rem autem intentissime conquirendo, et ex inventis suis subtiles rationes

[1] A History of English Dramatic Literature to the Death of Queen Anne by Adolphus William Ward, London, Macmillan, 1875, 2 vol. in-8°. — Vol. I, p. 194, note.

concludendo, Paynus Collierus edocuit nullam fabulæ partem ad Marlovium pertinere. Thomas Dekkerus qui, aliquando auxilio laboris, inquit Collierus, Gulielmum Haughtonem (William Haughton) et Johannem Daium (John Day) adjuvit, fabulam *The Spanish Moor's Tragedy* inscriptam composuit. Malonus, errore miro deceptus, hanc nominat *The Spanish Morris;* tempus autem quo acta fuit accommodate ad veritatem indicit, id est annum P. C. N. millesimum quingentesimum nonagesimum nonum et annum millesimum sexcentesimum (1599-1600). Hoc tempus definire, addit Paynus Collierus, magis intererat quam initio res videbatur, etenim *The Spanish Moor's Tragedy* nihil aliud est, ut similius veri est, nisi fabula posterius *Lust's Dominion* inscripta, quæ non ante annum P. C. N. millesimum sexcentesimum quinquagesimum septimum (1657) typis mandata, Marlovio falso imputata fuit. Præcipua persona Hispaniensis Maurus est, et tempus quo ea fabula, Maloni sententia, acta fuit, idem est ac tempus quo editum fuit opusculum ex quo plures dramatis partes, et sæpe verbum pro verbo sumptæ sunt. Igitur a Marlovio qui anno P. C. N. millesimo quingentesimo nonagesimo tertio (1593) mortuus est, drama non compositum fuit.

Contendunt adhuc quidam, res autem nec comperta, nec etiam aliquando prope fidem est, plures fabulas eo tempore actas vel in totum, vel ex parte a Marlovio scriptas fuisse.

Apud exemplum dramatis inscripti : *Alarum for London, or the Siedge of Antwerpe. With the ventrous actes and valorous deeds of the lame Soldier. As it hath been playde by the right Honorable the lord Charberlàine* (sic) *his Servants,* quod exemplum postremo Payni Collieri erat, in titulo legitur hoc carmen inscriptum ab uno ex iis qui librum possederunt:

Our famous Marloe had in this a hand,
As from his fellowes I doe understand.
The printed copie doth his Muse much wrong;
But natheles manie lines ar good and strong :
Of *Paris' Massaker* such was the fate;
A perfitt coppie came to hand to late.

Dycius ait Marlovii socios vera forte dixisse rem perquirendo, profecto autem in illa fabula nulla Marloviani ingenii signa apparere.

Nonnulli scriptores, inter quos Bullenus, inclinant ad hos versus reponendos in numero documentorum vel falsorum, vel adulteratorum quæ Paynus Collierus in dubium vocare debuisset et quibus in errorem inductus fuit.

« The editor, inquit Wardus [1], considers that Shakspere may have given some general superintendence to its composition, which he believes to have been the work of Marston. »

Quamvis res productæ ad probandum secundam et tertiam partem Henrici Sexti et duas antiquiores fabulas e quibus eæ ductæ fuerunt, a Marlovio scriptas fuisse non multo magis valeant, illas prætermittere mihi non liberum est. Mentes criticorum quibus perpensæ fuerunt tantum incenderunt, præsertim per postremos annos, et locum præbuerunt tam multos libellos edendi, tam multas genuerunt conjecturas, ut incurrerem in crimen relinquendi in præteritis propositum magni momenti, si non breviter exponerem quomodo res nunc se habeant. Quamvis conjecturæ præsertim ad Shakespearum respiciant, attamen ad Marlovium quoque pertinent.

Henrici sexti secunda et tertia pars primum typis mandatæ fuerunt quum in vulgus emissa fuerunt Shakespeari opera (in-f°) cura Hemingii et Condellis collecta [2] anno millesimo sexcentesimo vicesimo tertio (1623).

Superius, anno P. C. N. millesimo quingentesimo nonagesimo quarto et anno sequente (1594-1595), edita fuerant duo dramata quæ multis locis cum duabus supradictis partibus Henrici sexti conveniunt. Iis congruunt non solum argumento, sed etiam verbis, quum inter sex millia et quadraginta sex versus, quos duæ Henrici sexti partes comprehendunt, duo millia et ducenti septuaginta tres reperiantur plusve minusve similes, illarum fabularum versibus.

Illarum prior inscripta est :

« The First part of the Contention betwixt the two famous Houses of York and Lancaster, with the death of the good Duke Humphrey:

[1] Loc. cit., t. I, p. 200.

[2] Mr William Shakespeares Comedies, Histories and Tragedies, Published according to the true Originall Copies. Lond. Printed by Isaac Jaggard and Edwald Blount (1623 in-f°). — Dedicated to William Earle of Pembroke, etc. and Philip Earle of Montgomery, etc. signed John Heminge and Henry Condell (Lowndes).

And the banishment and death of the Duke of Suffolke and the Tragicall end of the proud Cardinall of Winchester, with the notable Rebellion of Jacke Cade : And the Duke of Yorkes first claime unto the Crowne. London Printed by Thomas Creed, for Thomas Millington, and are to be sold at his shop under Saint Peters Church in Cornwall, 1594 [1].

Posterioris est titulus :

« The True Tragedie of Richard Duke of Yorke, and the death of good King Henrie the Sixt, with the whole contention betweene the two Houses Lancaster and Yorke, as it was sundrie times acted by the Right Honourable the Earle of Pembrooke his servants. Printed at London by P. S. for Thomas Millington and are to be sold at his shoppe under Saint Peters Church in Cornwal, 1595 [2]. »

Harum fabularum secunda editio ab eodem librario anno millesimo sexcentesimo (1600) in vulgus emissa fuit; tertia, anno millesimo sexcentesimo decimo nono (1619). Tertiæ Shakespeari nomen inscriptum est eaque, *newly corrected et enlarged* dicta, partim retractata fuerat; quo limæ labore facta fuerat multo similior partium Henrici Sexti posteriorum ætate quam superiores editiones. In vulgus emissa fuit a librario Paviero (Pavier) vocato qui arguebatur edere, auctoribus insciis, invitis etiam, fabulas in possessionem quarum artibus plusve minusve illicitis veniret, et ideo prædonis (*pirate*) cognomen habebat. Pavierus vero nullam e certis Shakespeari fabulis edidit, multis autem e dramatibus quæ in eum conferuntur vel ab eo non composita fuerunt, nomen ejus inscripsit, et huic mentioni nulla fides adjungenda est. Critici existimant Pavierum hujus editionis scriptum emendasse auxilio exempli imperfecti fabulæ cui titulus Henricus sextus, sive exempli antiquiorum dramatum ex parte retractati.

Nescitur quo tempore antiquiora dramata acta fuerint. Incertum est pariter quibus diebus postremæ Henrici sexti partes in scenam inductæ sint. Manifesto harum scenici ludi præcurrerunt annum millesimun quingentesimum nonagesimum quartum et annum sequentem (1594-1595), iis enim annis antiquissimæ harum editiones quæ hodie supersunt in vulgus emissæ

[1] The New Shakspere Society's Transactions. Trubner, London, in-8°. Vol. II, 1875-1876, p. 230.
[2] *Id. Ibid.*

fuerunt. Quoniam in Henslovianas tabulas primi scenici ludi cujusdam fabulæ cui titulus Henricus Sextus relati sunt anno P. C. N. millesimo quingentesimo nonagesimo primo, ante diem quintum Nonas (3 mars 1591) nonnulli æstimarunt Henrici sexti partes de quibus supra dixi, diebus illis actas fuisse. Alii autem arbitrantur notam illam vel respicere ad primam Henrici sexti partem, et ea est Maloni sententia, vel pertinere ad aliam fabulam de eadem re agentem.

Primum fabulæ illæ commemorantur libello *a Groatsworth of Wit* inscripto, quem Chettelus in Greenum contulit, et Thomæ Nash opusculo cui titulus *Piers Penilesse.* Uterque libellus divulgatus fuit anno millesimo quingentesimo nonagesimo secundo (1592), id est anno quo primum acta fuit fabula Henricus Sextus inscripta quam Henslovianæ tabulæ commemorant. In priore Greenus amicis suis suadebat ut caverent a quibusdam scriptoribus qui plagiarii erant, præsertim a Shakespearo cui exprobrat

« His Tigers heart wrapped in players hide. »

Hic versiculus maligne imitatur versum non similiter consonantem quem in tertia Henrici sexti parte invenies (I, IV, 137). Iu opusculo *Piers Penilesse* inscripto, Nash notitiam facit dramatis in quo strenuus Talbot « was made to triumph again on the stage [1]. » His autem verbis Nash alludit parti primæ Henrici sexti, et incertum est utrum Greenus fabulæ *The True Tragedy* inscriptæ alluderit an parti tertiæ Henrici Sexti, versus enim quem commemorat in duabus fabulis invenitur.

Res illæ solæ sunt quas de quatuor dramatibus novimus, et tam raræ sunt quam dubiæ. Quamobrem non mirum est si conjecturæ copiosæ factæ fuerunt quum critici laboraverint ut

[1] Ecce libelli locus :

« How would it have joyed brave *Talbot* (the terror of the French) to thinke that after he had lyne two hundred yeares in his Tombe, hee should triumphe againe on the Stage, and have his bones newe embalmed with the teares of ten thousand spectators at least, (at severall times) who, in the Tragedian that represents his person, imagine they behold him fresh bleeding ! »

(Pierce Penilesse his supplication to the Divell. 1592. Sign. F3 (4 to), in : Shakespeare's Centurie of Prayse ; being materials for a history of opinion on Shakespeare and his works, A. D. 1591-1693. by C. M. Ingleby, LL. D., Second Edition, revised, with many additions, by Lucy Toulmin Smith. Published for The New Shakspere Society, By N. Trübner and C°, London, 1879, gr. in-8°, p. 5.

indicia illa redigerent in ordinem et ex illis aliquot rationes cogerent.

Quæsitum est primo utrum Henrici sexti secunda et tertia pars nihil aliud essent nisi editiones emendatæ et auctæ fabularum *The Contention* et *The True Tragedy* inscriptarum, an posteriores fabulæ exempla essent, imperfecta autem, priorum. Quamvis Fleiaus, quum posteriorem sententiam defenderit, solertiam sæpe nimiam ostenderit quam in his indagationibus adhibet, prior tamen vicit et Johanna Lee solerter et accurate collegit in opusculum suum inscriptum : *On the Autorship of the second and third Parts of Henry VI, and their originals*[1] argumenta quibus hæc sententia confirmatur. Inter argumenta quæ contra dicuntur, unum impedimenta infert. Non facile confestim animo concipitur quomodo facta fuerit anno millesimo sexcentesimo nono decimo (1619) emendatio quæ inter diversas dramatis formas medium tenet locum. Dixi autem quibus rationibus nodus expedi possit. Est quoque in natura rerum ut dramata illa semel et sæpius retractata fuerint. Necesse etiam esset concedam non tres, sed quatuor emendationes factas fuisse, si transirem in sententiam nonnullorum qui æstimant fabulas *The Contention* et *The True Tragedy* inscriptas ipsas e dramatibus ætate superioribus ductas fuis e. Sententia autem illa nuda est conjectura.

Deinde quæsitum fuit a quibus scriptoribus dramata illa composita fuerint. Rei disceptatio contentioque immodica fuit et acerba, ex parte quod critici nisi sunt ut nodum solverent novis artibus, etenim has artes adhibendo, unusquisque scientia et prudentia cæteros præstare contendebat. Igitur necesse est de his artibus primum pauca dicam.

Indicia quorum auxilio in rebus quæ spectant ad litteras, nodi sæpe intricati solvuntur a Britannicis litteratis diducta fuerunt in indicia externa, ex alienis operibus sumpta, et in indicia interna, ex opere ipso de quo agitur orta.

In rebus quas perpendo priora ducta sunt ex locis qui fabulam commemorant vel ei alludunt, vel indicant tempus quo in vulgus emissa fuit, et ex notis in librariorum aut Henslovii tabulas relatis.

Posteriora sumpta sunt e locis quibus alluditur homini-

[1] The New Shakespere Society's Transactions T. II, 1875-6, pp. 219-313.

bus aut rebus notis et e virtutibus vitiisque sermonis et versus.

Omni tempore judices usi sunt his artibus quæ sunt in natura rerum, et se intendunt, ut ita dicam, criticis sagacibus et magna prudentia præditis. His autem præceptis nec tam distincte nec tam accurate quam ii qui nuper his artibus faverunt obnoxii erant, neque tanti momenti et ponderis æstimabant unum ex indiciis illis quod a Britannicis *Metrical Test* vocatum fuit. Perquirendo quomodo Shakespearus versus non similiter consonantes struxerit, litteris eruditi compererunt illos non eodem modo apud omnes ejus fabulas contextos fuisse et eum suam rationem componendi hos versus ita in melius mutavisse ut in hac ratione appareat processus continuus et ordinatus. Hujus auxilio obtinuerunt ut fabulas ejus distribuerent in plures partes spatiis ætatis suæ certe definitis respondentes. Hæc interna indicia externis confirmantur et in dubium vocari non possunt.

« Le progrès de la langue poétique dans Shakespeare, inquit Jacobus Darmstetter [1], consiste à transformer ce vers (le vers blanc), qui est encore le vers musical, en vers absolument dramatique. Il y arrive : 1° en fondant le vers par l'enjambement; 2° en le prolongeant par une syllabe non accentuée, — double réforme qui donne à sa langue poétique toute la variété de la parole vivante. De la symétrie artificielle de l'ancien rythme, il ne reste qu'une habitude d'harmonie qui n'a plus de sacrifice à imposer à la vérité et à la nature.

1° Enjambement. — Dans les premières pièces de Shakespeare, le rythme dominant et presque exclusif est celui du vers à pause finale (*end-stopt lines* ou *end-pause lines*) et le nombre des vers qui enjambent (*run-on lines* ou *unstopt lines*) est infiniment petit. Cette proportion va sans cesse en diminuant au profit de l'enjambement : dans les premières pièces, il n'y a qu'un enjambement pour dix vers réguliers (dans *Love's Labours Lost,* un pour dix-huit); dans les dernières, il y en a en moyenne un sur trois... [2]

[1] Essais de Littérature anglaise. Paris, Ch. Delagrave, 1883, in-18, p. 26-32.

[2] Plures gradus discernuntur in conglutinatione verborum quibus desinit versus cum verbis quibus versus sequens incipit (enjambement), et proficiscuntur ex eo quod posteriora verba plusve minusve desiderantur ad notionem prioribus subjectam complendam, et alia plusve minusve conjunguntur cum aliis quum utraque enuntientur.

Quum versus eo modo cadunt, eorum exitus levis esse dicitur (*terminaisons*

« 2° Changement analogue dans la structure du vers isolé. Le vers rythmé est composé régulièrement de dix syllabes, en cinq iambes, le vers s'arrêtant régulièrement à l'accent final : mais le vers gagnera en liberté et en variété par l'addition d'une syllabe atone, qui n'en change pas la structure, puisque le nombre des accents reste le même, mais en modifie l'harmonie et le rythme. Les premières pièces de Shakespeare n'offrent presque pas d'exemples de ces terminaisons doubles [1] (*double endings*) : elles deviennent fréquentes dans les pièces moyennes et envahissent un tiers des vers dans celles de la dernière période...

« Ce changement visible et sensible de la forme n'est pas le seul; d'autres vont du même pas, dérivant de la même source : la liberté d'une pensée de plus en plus maîtresse d'elle-même et s'affranchissant chaque jour davantage de tout ce qui est convention, manière, tradition artificielle. Dans les premières pièces, le vers rimé lutte victorieusement contre le vers blanc; les deux tiers de *Love's Labour's Lost* sont rimés; dans la Comédie des erreurs, le quart; la rime est encore un procédé normal de métrique; dans les dernières pièces, elle n'est plus qu'un procedé exceptionnel, appelé par des circonstances exceptionnelles, et destiné à produire des effets voulus.

« Autres changements concordants qui nous font toucher de plus près l'âme même : Dans les premières pièces, les *concetti*, les jeux de mots, *l'enphuisme* ; les allusions classiques à la Marlowe; l'idée et l'image poursuivies dans leurs développements jusqu'à épuisement du détail; monologues apparents qui ne sont que des *parabases*; le bouffon, personnage essentiel; point de caractères, mais seulement des intrigues; tout cela disparaît à mesure que Shakespeare avance. La passion vraie entre en scène, le style n'est plus que le cri sincère de la passion, les caractères éclatent et dominent l'intrigue ; Shakespeare a marché dans la vie et son théâtre devient l'école du monde, le reflet de la vérité, dans toute sa force, toute son étendue et toute sa variété, depuis les formes générales et inférieures qu'elle revêt dans la réalité mondaine jusqu'aux formes suprêmes de l'idéal. »

légères) ; quum contra non aliis verbis opus est ad sensus eorum complendos, exitus fortis dicitur (*terminaisons fortes*). In primis Shakespeari fabulis, nullos reperies versus priore modo cadentes; in mediis, vix passim paucissimos. Solum in fabula *Macbeth* inscripta crescunt. Viginti fere ex illis versibus numerabis. In postremis autem fabulis, fiunt una ex notis quibus Shakespeari versus insignes sunt.

[1] Ou terminaisons féminines; elles remplissent le rôle que remplissait la rime féminine en français, à l'époque où l'*e* final n'était pas encore devenu muet.

Intemperanter autem critici usi sunt indiciis internis. Iis cuncta subjecerunt, obliti magnam prudentiam adhibendam esse in harum rationum usu, et indicia non solum numeranda, sed etiam, ut dixit Jacobus Darmstetter, ponderanda esse. Attamen, quum hic modus in re tenetur, indicia illa prodesse possunt [1].

Quæsitum est primum num Shakespearus in totum aut ex parte quatuor fabulas scripserit?

Cunctæ sententiæ ad tres opiniones præcipuas reduci possunt.

Prima, quam Fleiaus defendit, dicitur Shakespearus nullam e quatuor fabulis scripsisse.

Secunda, contra, quatuor fabulæ in eum conferuntur. Dum autem alii existimant eum in totum has composuisse, alii credunt laboris socios ei fuisse.

Tertia putant Shakespearum non scripsisse duas veteres

[1] Eduardus Dovedenus (Edward Dowden. — Shakspere: a critical Study of his Mind and Art. London, King, 1875, 1 vol. in-8°) in sequente loco historiam harum artium commemoravit:

« Mr Spedding, in his article « Who wrote Henry VIII? » (Gentleman's Magazine, August, 1850) first applied quantitative criticism of verse peculiarities to the study of Shakspere's writings. Mr Charles Bathurst, in « Remarks on the Differences of Shakespeare's Versification in different Periods of his Life » (London, 1857), called attention to the change « from broken to interrupted verse » which took place as Shakspere advanced in his dramatic career; and observed also the increase in the use of double-endings in his later plays. Professor Craik, in his « English of Shakespere » and Professor J. K. Ingram, in a lecture upon Shakspere published in « Afternoon Lectures » (Bell and Daldy, 1863), again called attention to these peculiarities of versification as affording evidence for the ascertainment of the chronology of the plays. Finally, about the same time in England and in Germany, two investigators — Rev. F. G. Fleay and Professor Hertzberg — began to apply « quantitative criticism » of the characteristics of verse to the determination of the dates of plays. The test on which Hertzberg chiefly relies is the feminine (*double*) ending; he gives the percentage of such endings in seventeen plays, and believes that the percentage indicates their chronological order. See the preface to Cymbeline in the German Shakespeare Society's edition of Tieck's and Schlegel's translation. Mr Fleay's results, independently ascertained, were published subsequently to Herzberg's. See Trans. New Shakspere Society and *Macmillan's Magazine*, Sept. 1874. In 1873 Mr Furnivall, in founding the New Shakspere Society, — before he was aware that Mr Fleay's work was in progress, — insisted on the importance of metrical tests for determining the chronology, and gave the proportion of stopt to unstopt lines in three early and three late plays. The latest contribution to the subject is Professor Ingram's valuable paper read before the New Shakspere Society on the « Weak-Ending » Test. p. 7.

fabulas *The Contention* et *The True Tragedy* inscriptas, sed ex illis Henrici sexti secundam et tertiam partem sumpsisse.

Quarum opinionum ultima verisimillima videtur, et quoque plurimum gratiæ consecuta est.

Nullis indiciis ostenditur Shakespearus duas veteres fabulas composuisse, et habemus quod credamus eum illas non scripsisse.

Quamvis infitiales, rationes ex indiciis externis ductæ auctoritatem quamdam habent. Fabula *The True Tragedy* inscripta et, ut verisimile est, *The Contention*, actæ fuerunt a scenicis quibus nomen « Lord Pembroke's servants, » et non audivimus scenicos illos ullam Shakespeari fabulam in scenam induxisse. Ejus præterea nomen duabus fabulis non inscriptum fuit a Thoma Millingtone, nec quum eas primum edidit, nec etiam quum secundam editionem anno millesimo sexcentesimo in vulgus emisit, et supra dixi quamobrem testimonio Pavieri, qui tertiam editionem (1619) in eum contulit, nulla fides adjungenda sit. Nec amplius dramata illa addicta fuerunt Shakespeari nomini quum in librariorum tabulas relata fuerunt. Ex indiciis internis consequi quoque videtur ut Shakespearus illa non scripserit. Quamvis contineant locos insignes, præclaras étiam scenas a Shakespearo in Henrici sexti secundam et tertiam partem translata, hæ fabulæ, vel ab eo retractatæ, non æquant fabulas quas iisdem temporibus componebat. Nec in illis apparent vis comica et cavillandi genus quæ in his ostendit. In illis, nec æstus lascivos, nec juvenilem impetum ejus reperies. Patefaciunt scriptorem sentientem quid sint homines, et quum mores eorum effingit, reddentem veritatis imaginem. Non me fugit ea indicia conjecturas esse. Certis autem testimoniis deficientibus, mihi valere videntur ad mentes inclinandas in opinionem quam verisimilem reddunt.

Causæ quædam contra sunt cur putem Shakespearum e duabus veteribus fabulis secundam et tertiam partem Henrici sexti sumpsisse. Si non emendasset vel rescripsisset has partes, verisimile est ea dramata in primam fabularum suarum editionem non inserta fuisse, etenim hæc editio (in-f°) anno P. C. N. millesimo sexcentesimo vicesimo tertio (1623) a duobus e familiarissimis ejus, Hemingio et Condelle (Heminge et Condell) in vulgus emissa fuit. Præterea Shakespearus Henrici sexti partes commemoravit in postremis versibus fabulæ cui titulus Hen-

ricus quintus, quam sine dubio scripsit, et quæ acta fuit, ut opinatur, anno P. C. N. millesimo quingentesimo nonagesimo nono (1599):

... The world's best garden he achieved,
And of it left his son imperial lord.
Henry the sixth, in infant bands crowned king
Of France and England, did this king succeed :
Whose state so many had the managing,
That they lost France and made our England bleed,
Which oft our stage hath shewn ; and for their sake,
In your fair minds let this acceptance take [1]. »

E duobus postremis versibus hoc effectum fuit, et, ut opinor, jure ac merito, ut Shakespearus Henrici sexti partes composuerit. Scriptorum est consuetudo ut solum suas fabulas talibus commemorent verbis, ea enim præconia sunt plusve minusve dissimulata. Forte tamen ita res incidit ut fabularum mentionem fecerit quamvis has non scripsisset, consilium habens ut gratum se faceret scenicis qui dramata illa in scenam inducebant. Versibus illis manifesto ostenditur fabulæ Henricus sextus inscriptæ ante Henricum quintum actæ fuisse. Certius argumentum ad rem de qua disserimus probandam deductum fuit ex ridicula imitatione versus e fabula cui *The True Tragedy* titulus et e tertia Henrici sexti parte sumpti, quam imitationem, supra relatam (p. 197), in libello *A Groatsworth of wit* leges. Id proxime accedere ad verum videtur, eum qui libellum scripsit, quum Shakespearum reprehenderet quod plagiarius esset, verba quibus reprehensionem suam exprimeret, ex uno furtorum Shakespeari sumpsisse, ut illius vim et sales augeret. Eo modo explanata, mentio illa demonstrat Shakespearum *The True Tragedy* non scripsisse, sed ex ea fabula duxisse tertiam Henrici sexti partem. Contra quidem dicitur Meres [2] anno P. C. N. millesimo quingentesimo nonagesimo octavo (1598), Henrici sexti partes, *The Contention* etiam et *The True Tragedy* silentio prætermisisse. Ejus autem silentium oriri potuit ex eo quod putabat hæc opera emendata et rescripta, Shakespearo non propria esse. Si quis insuper diceret Shakespearo non licitum fuisse ut emendaret eo modo fabulam quæ sua non esset,

[1] New Shakspere Soc. Tr. Vol. II, 1875-1876, p. 268.
[2] Palladis Tamia. Wits Treasury, being the second Part of Wits Common Wealth. Lond. P. Short, 1598. 12 mo.

respondebo eum fabulam retractavisse sine dubio scenicis qui in hujus possessione erant instigantibus, at saltem approbantibus. Tandem ita labore illo functus est ut effugiat crimen furti, et rem non animadverterunt nonnulli critici et præsertim Emilius Montegut [1], qui adducti fuerunt, ut hoc crimen repellerent, ad duas veteres fabulas in Shakespearum conferendas. Si eas suas fecisset tertiam versuum partem servando, plagiarius impudens fuisset. Crimen contra derivatur si fabulas retractavit, iis qui in harum possessione erant approbantibus, et harum originem non celavit, quod propius est vero. Cæterum Greenus, quum Shakespearum incusat furti, spectare videtur ad furtum non fabularum in totum raptarum, sed singulorum versuum aut locorum.

Multa interna indicia (*internal test*), præter hæc, hanc vim habent ut ostendant fabulas a Shakespearo scriptas fuisse. Primum non licet ut objicias quod versus non similiter consonantes in Henrici Sexti partibus pauciores sint quam in Shakespeari fabulis eodem tempore scriptis, etenim si solum quosdam locos Henri sexti retractavit, partes tamen non emendatæ imputantur in versuum summam, quum hi numerantur, et non liberum est res quæ non eædem sunt, inter se conferre. Ostenderunt quidam insuper Ricardi tertii personam in Shakespeari fabula cui titulus Ricardus tertius et in Henrico sexto unam et eamdem esse, ex quo consequi videtur ut ab uno et eodem scriptore utrumque drama compositum fuerit. Johanna Lee quosdam indicavit locos qui cum dicendi forma Shakespearo propria consentanei sunt ; plura designavit verba ad nomen adjuncta, vocabula et sententias quæ in certis Shakespeari fabulis invenies.

Discrimina autem illa tenuissima sunt. Qui nititur ut ea deprehendat et eorum præter æquum modum pondus auget, intemperanter utitur novis artibus quæ ratio arithmetica quoque dicuntur. Multo pluris facio indicia communia quæ fabulis propria sunt, et quibus insignes sunt. Hæc indicia solerter et accurate Johanna Lee enumeravit apud sequentem opusculi sui locum :

« In every respect the 2nd and 3rd parts of Henry VI are finer and more perfectly developed dramas than their originals. The whole

[1] Œuvres complètes de Shakespeare, traduites par Emile Montégut. Paris, Hachette, in-18, vol. V et VI.

form and spirit of the plays is altered. Careless, slipshod lines are cut out; trivial, unnecessary details are omitted; gross, historical blunders are swept away; the rhythm of the lines is more musical; the diction more elevated; the action more fully matured; above all, the characters in every instance stand out more distinctly. Every scene has been more or less changed; and every change made is a change for the better. Shakspere has gathered the wheat into his garner, and has cast the chaff away [1].

Postquam ostenderunt hoc verisimilius esse Shakespearum Henrici sexti secundam et tertiam partem composuisse, et eas ex *The Contention* et ex *The True Tragedy* sumpsisse, quæsiverunt critici quibus auctoribus duæ veteres fabulæ scriptæ fuerint. Quod forte obscurius et abstrusius adhuc erat. Alii, qui sine dubio prudentissimi sunt, æstimant eos ignotos esse. Alii conjiciunt et nituntur ut demonstrent eos Greenum et Marlovium fuisse. Primum indicia sumunt e loco opusculi *a Groatsworth of wit* inscripti, quo Greenus Shakespearum accusat quod opera æmulorum suorum furatus sit. Quamvis Shakespearus nomine non appelletur, non dubitari potest quin de eo agat. Res, quum de ea disceptatio contentioque fuit, manifesto apparuit. Scriptores illi, qui fabulas dabant, cuncti, præcipue autem Greenus, Shakespeari furta passi erant, et nullus eorum, præter Greenum, nominatur. Greenus autem et Marlovius soli valebant ad quosdam duarum veterum fabularum locos scribendos, inquiunt ii quorum sententiam perpendo, et haud dubium est quin ad eos solos libellus respiciat. Quod proxime accedere ad verum videtur, attamen pro certo haberi non potest, cuncta enim dramata temporibus illis scripta non exstant. Multa perierunt, et nescimus an inter eos, plerumque ignotos, quibus hæ fabulæ compositæ fuerunt, quidam non idonei essent ad locos de quibus supra dixi scribendos.

Cæterum ex indagationibus illis consequi videtur ut Greenus furta illa sine dubio semel et sæpius passus esset, iis enim alluditur ab eo qui scripsit unum ex libellis de Greeni morte editis [2].

[1] Loc. cit. pp. 270-271.

[2] Greenes Funeralls. By R. B. Gent. Printed at London by John Danter, and are to be sold at his House in Hosier-lane nere Holbourne-Conduit, 1594, 4°.

« R. B. has been supposed to mean Richard Barnfield; but I cannot believe that so poor a composition as the present could have proceeded from the pen of that pleasing poet. (Dyce, Greene's Works, vol. I, p. CXI.)

« Greene is the pleasing object of an eie;
Greene pleasde the eies of all that lookt uppon him.
Greene is the ground of everie painter's die;
Greene gave the ground to all that wrote upon him.
Nay more, the men that so eclipst his fame,
Purloynde his plumes : can they deny the same? [1]

Commemoraverunt quoque fabulam *The True Tragedy* inscriptam actam fuisse a scenicis quibus « Lord Pembroke's servants », nomen et qui quatuor alias e Greeni fabulis et Marlovianam fabulam Eduardum secundum inscriptam in scenam induxerunt.

Si quod attinet ad Marlovium perspicimus, in « *The True Tragedy* » multos reperimus versus qui similes sunt Eduardi secundi versibus; scriptoribus vero non est consuetudo se ipsos tali modo imitari. Cæterum si penitus introspexeris in exempla a Dycio, a Fleiao et a Johanna Lee relata, mox tibi perspicuum erit has similitudines nullius momenti esse, et, quod vero proximum esse videtur, profectas esse ex eo quod is qui scripsit, in Marlovii operibus versatus, versus ejus sponte vel invitus in memoriam suam revocaverit. Non multo majoris momenti sunt quædam indicia interna quæ Johanna Lee habet pro testimoniis certis ostendentibus Marlovium laboris socium fuisse, quod insignia signa sermonis ejus essent, et in aliis ejus fabulis reperiantur : versus similiter desinentes paucissimi, versuum non similiter consonantium constructio, quædam orationis vitia, verba vel sententiæ quæ ei propria sunt. Indicia illa incertiora sunt et pauciora quam ut momenti sint iis a Johanna Lee adscripti, et novarum artium abusus iterum patet et adhuc manifestior est. Indiciis enim internis, quum de Marlovianis fabulis agitur, cautissime utendum est, nam signa quæ apud Shakespearum e processu versus non simililer desinentis ducta sunt, apud Marlovium fere omnia desunt. Hunc tamen mutavit versum. Res autem quas vertit, præsertim ad interpuncta vel ad cæsuram (*pause*) respiciunt. Dum antea interpuncta semper post quartam syllabam cadebant, horum reditum solerter et callide alternavit [2]. Versuum similiter desinentium numerus rarissime et fortuito solum, in fabulis ejus varius est.

[1] New Shakspere Soc. Trans., vol. II, 1875-1876, p. 237.
[2] Tancock. Eduardus II, p. VI.

In Judœo Melitensi, in Eduardo secundo et in Dido, idem est ac in Tamerlano (a quadraginta septem usque ad quinquaginta sex), dum in Fausto (duodecim) et in Cæde Parisiensi (decem et tres) valde imminuitur. Nec amplius in numero versuum qui adjectione insonæ (muette) syllabæ desinunt, processus constans et ordinatus apparet. In Tamerlani partibus quinquaginta tres et quadraginta insonæ syllabæ repertæ fuerunt. Earum quidem numerus in Judœo Melitensi (septuaginta) et in Eduardo Secundo (centum et septem) accrescit; minuitur autem in Fausto, secunda Marlovii fabula (quindecim) et in Cæde Parisiense (viginti sex); novissimo igitur numero non comprobatur opinio eorum qui putant Cædem Parisiensem postremam esse fabularum Marlovii, eo vivo, actarum; in Dido (octo). Versus his insonis syllabis desinentes præterea multo plures sunt in Pharsaliis translatis quam in fabulis ejus.

Indicia interna quibus duo prima dramata similia esse putantur Greeni operibus adhuc levioris sunt momenti, ita ut nulla signa confirment Marlovium *The Contention* et *The True Tragedy* scripsisse. Solæ etiam supersunt, ad easdem fabulas in Greenum imponendas, conjecturæ ex internis indiciis sumptæ.

Cæterum contra sententiam qua Marlovius et Greenus laboris socii fuisse dicuntur, repugnant res quæ de commercio et de vita eorum narratæ sunt. Supra retulimus eos anno millesimo quingentesimo octogesimo septimo (1587), statim ut Marlovius Londinium venisset, inimicitias inter se gessisse, et donec Marlovius e vita discessisset, jurgiis contendisse. *Fausto* Greenus *Fratrem Baconem* opponit, et posterius nititur ut spectantes deducat de via theatri qui *Eduardi secundi* ludos faciebat in aliam scenam inducendo fabulam *Alphonsum, Aragoniæ regem* inscriptam, ita ut non appareat quibus temporibus in pristinam concordiam reducti, communis laboris consortes Marlovius et Greenus facti essent. Idcirco mihi supervacaneum videtur eniti, licet rem Johanna Lee tentaverit, ut dijudicem partes duorum veterum dramatum a Marlovio scriptas a partibus quæ in Greenum imponendæ essent. Nec amplius quæram num Peelus laboris quoque socius fuerit. Quamdiu ad rem perquirendam nullos habebimus duces, nisi interna indicia, is qui rem tentabit inanem prosequetur umbram.

Frustra quoque laborat qui quærit num Marlovius, postquam

socius fuisset Greeni duas veteres fabulas scribentis, operam dedisset Shakespearo quum e fabulis illis Henrici sexti secundam et tertiam partem sumpserit. Attamen Johanna Lee rem persuasissimam habet.

« I have said, inquit illa, that I consider Marlowe to have been, at this period, a greater poet than Shakspere, and in here attributing to Shakspere the special excellencies of the *Henry VI* plays I have endeavoured carefully to discriminate between the qualities in which Marlowe seems to me to have excelled, and the qualities in which, in common with all the world, I hold Shakspere to have been (even in early life) preeminent.

« But did Shakspere work alone, or is it admissible to believe that in his work of revision and re-formation Marlowe was his fellow-worker? Certain it is that Marlowe's peculiar style appears as distinctly in the reformed as in the unreformed plays [1].

Ad rem probandam Johanna Lee profert quosdam veterum dramatum locos. Verum ea sunt animi sensus et opiniones, non indicia certa. Vix etiam conjecturæ vim habent, perpetuo enim judices ingenio præstantissimi, quum indicia illa æstimant, inter se magnopere dissentiunt. Johanna Lee contendit in natura rerum esse ut Marlovius Greeno socius laboris fuerit, et nititur ut crimen furti a Shakespearo demoveat. Sed ostendimus quamobrem is qui nititur ut eum crimine illo liberet, inanem sumat operam. Præterea si res in eam partem acciperetur, Marlovius putaretur Shakespearum sibi adjutorem assumpsisse ut fabulam quam Greeni auxilio scripsisset, Greeno inscio, invito etiam, retractaret, et Marlovii memoria tam adversis invidiis jam objicitur ut æquum esset eas non augere inconsulto. Solum vero testimonium a Johanna Lee productum per se nihil habet firmitudinis. Contendit Marlovium et Shakespearum, quum ab eo qui scripsit *A Groatsworth of wit* lacessiti fuerint, in commune de injuria expostulavisse (*felt anger in common and took action in common*). Sed ii qui tali modo explanant responsum a Chettelo datum, ei subjiciunt sententiam plus æquo pleniorem atque uberiorem :

« A letter written to divers play-makers, inquit Chettelus, is offensively by one or two of them taken, and because on the dead

[1] Loc. cit. p. 271.

(Greene) they cannot be avenged, they willfully forge in their conceites a living author. »

Est in natura rerum ut duo scriptores libello cujus auctor mortuus est lacessiti, ab eo qui opusculum edidit jus expetant. Nihil necesse est, ad rem efficiendam, eos prius in unum consulant, et e nullo Chetteli verbo consequitur ut Marlovius, quum injuriam vindicaret, consilia sua cum Shakespearo consociavisset.

Nunquam, ut opinor, Marlovius in certamen venit cum Shakespearo, et quamvis posterior aliquando inflatum dicendi genus priori proprium illuserit in quibusdam fabularum suarum [1] eum magis imitatus est quam ut inique de eo judicaret. Ejus etiam necem deploravit, in fabula *As you like it* inscripta, versibus qui animi permoti misericordia insignes sunt :

« Dead Shepherd, now I find thy saw of might :
« He never loved, that loved not at first sight [2].

Sed ex indiciis illis, quæ incertissima sunt, non hoc efficitur ut Marlovius aliquid rationis habuerit cum Shakespearo, socius ejus fuerit quum Henrici sexti secundam et tertiam partem retractaverit, conjunctissime præsertim cum eo vixerit. Qui e talibus indiciis eas concludunt rationes, novis artibus tam intemperanter utuntur quam qui maxime. Artes cui nomen *Internal Test* sine dubio magni momenti et ponderis sunt ; attamen per se non hanc vim habent ut res illas ad certum deducant. Maxime prosunt ad roborandum rationes ex indiciis externis sumptas. Illis autem potestas est, nec in locum horum indiciorum succedendi, nec etiam hæc ad certum deducendi, quum incertissima sunt. Si principia illa ex memoria abjiciens, non parueris consiliis Jacobi Darmstetteris qui res ponderare præcipit, et eas solum numeraveris, necessario in nudas conjecturas incides et rationes infirmas inanesque certas esse putabis. Rem pro manifesta habebis, si penitus introspexeris in controversias quas breviter contraxi.

[1] Exempli gratia inflatum sermonem Tamerlano proprium dedit uni ex suis ridiculis personis, Pistoli (Pistol) in loco qui hunc versum Marlovianæ fabulæ continet :

« Holla, ye pampered jades of Asia ! »

In ludibrio quoque vertit versus quibus in Dido Priami cædes narratur.

[2] Loc. cit. p. 273.

In summa arbitror eos qui scripserunt *The Contention* et *The True Tragedy* ignotos esse, quamvis e quibusdam indiciis hoc consequi videatur, ut Greenus has fabulas in totum vel ex parte scripserit. Existimo Henrici Sexti secundam et tertiam partem ductas fuisse e fabulis *The Contention* et *The True Tragedy* inscriptis, quæ his emendationibus magnopere in melius mutatæ fuerunt. Ii qui putant Henrici Sexti partes in Shakespearum conferendas esse, mihi rationes verisimiles ex indiciis concludere videntur. Res tamen ad certum non deducta fuit, et e nullis indiciis Marlovius apparet laboris socius fuisse.

Aliæ fabulæ in Marlovium adhuc conferuntur; nullis autem testimoniis certis conjecturæ illæ confirmantur. Res tamen non hactenus, ut opinor, notata, sententiam adjuvat. Per annum P. C. N. millesimum quingentesimum nonagesimum primum (1591) et per annum sequentem qui proximi sunt inter annos morti suæ superiores, Marlovius qui, per annos autecendentes, fabulas scripserat, nullum drama composuisse videtur, nisi Cædem Parisiensem, si modo hæc fabula solum anno millesimo quingentesimo nonagesimo tertio (1593) ineunte acta fuerit, quod nullo modo constat. Non verisimile est eum, cui spectantes favebant, nullam ob causam, at saltem manifestam, scenam dereliquisse, et res forte orta est ex eo quod duos illos annos ad antiquiora dramata emendanda vel reficienda adhibuit.

Inter dramata illa, numeratur fabula *The Troublesome Reign of John, King of England* inscripta, quam Shakespearus non imitatus est, sed refecit.

Ii qui in hac sententia sunt allegant, ut hanc tutentur, quemdam fabulæ locum quo spectantium benevolentia sollicitatur, et ex quo sequi videtur ut fabula ab eo qui Tamerlanum scripsit composita fuerit.

> « You that with friendly grace of smoothèd brow
> Have entertained *The Scythian Tamburlaine,*
> And given applause unto an infidel,
> Vouchsafe to welcome with like courtesy
> A warlike Christian and your countryman. »

Bullenus fortiter repudiat hanc conjecturam et indiciis illis aliam interpretationem adjicit.

« The Troublesome Reign of King John, 1591, inquit ille [1], is an intolerably wooden piece of work. From the first line to the last we find scarcely a single touch of poetry or power. Earless and unabashed must be the critic who would charge Marlowe with any complicity in the authorship of a play that would rank low among the worst productions of Greene or Peele. The only piece of evidence to connect the Play with Marlowe is a passage in the Prologue :

« You that with friendly grace, etc. »

« But so far from indicating that the author of Tamburlaine had written the piece that was about to be presented, these lines rather show that the«warlike Christian»was intended to oust the « unfidel » from popular favour, — that the new play was the production of some obscure rival of Marlowe's. The fact that expressions found in *Tamburlaine* occur in the *Troublesome Reign*, is, in the absence of other evidence, of no importance; for Marlowe's play was in all men's mouths at the time, and every hack-writer could filch a phrase or two from the man whom they were so anxious to supplant. It is impossible to select from this poor spiritless chronicle play a dozen consecutives lines that to a good ear would pass as Marlowe's. »

Nec amplius probabilia sequuntur ii qui conferunt in Marlovium comœdiam a Shakespearo refectam et inscriptam : *A pleasant Conceited Historie called the Taming of a Shrew.* Nescitur quibus temporibus acta sit fabula. Typis mandata fuit anno millesimo quingentesimo nonagesimo quarto (1594) « *as it was sundry times acted by the Earl of Pembroke his servants.* » In Henslovianas tabulas relata fuit eodem anno, ante diem tertium Idus Junias (11 juin). Forte in scenam reducta fuit quod libello, nuper edito, in favorem plebis restituta fuerat. Iterum typis mandata fuit anno millesimo quingentesimo nonagesimo sexto (1596) et anno millesimo sexcentesimo septimo (1607). Opinati sunt quidam, inquit Wardus, postrema editione editam fuisse formam dramatis a Dekkero refecti anno millesimo sexcentesimo secundo (1602), quam inscripsit : *Medicine for a Curst Wife.*

Comœdia illa multos continet locos fere syllabatim sumptos e certis Marlovii fabulis, et res iis qui fabulam nomini ejus addicunt argumento fuit. Bullenus autem opinionem illam refellit.

[1] Ed. Marlowe, vol. I, pp. lxxxii-lxxxiii.

« The « Taming of a Shrew, » inquit ille, contains a number of passages that closely resemble, or are identical with passages in Marlowe's undoubted plays — particularly *Tamburlaine*. This fact alone would make us suspect that Marlowe was not the author; for poets of Marlowe's class do not repeat themselves in this wholesale manner. But when we see how maladroitly, without the slightest regard to the context, these passages are introduced, then we may indeed wonder that any critic could have been so insensate as to attribute the authorship to Marlowe [1]. »

Putat eum qui fabulam scripsit modo Marlovium derisisse, modo eum, remoto joco, imitatum esse.

« But be this as it may, the absurdity of attributing the piece to Marlowe is flagrant. The author of *The Taming of a Shrew* was a genuine humourist; and Mr Swinburne is speaking within bounds when he calls him « Of all the pre-Shakespeareans incomparably the truest, the richest, the most powerful and original humourist. » Marlowe had little or no humour [2]. »

Præterea in Marlovium collatum fuit drama *Locrina* inscriptum. Conjectura autem nullis indiciis probata fuit et neglecta jacet. In lucem contra revocata est opinio eorum qui putaverant eum scripsisse Titum Andronicum, unum e veteribus dramatibus a Shakespearo retractatis. Bullenus, qui sententiæ assentitur, eam explicavit in proœmio quod in fronte Marlovianorum operum præposuit. Cuncta autem argumenta ab eo prolata sumpta sunt ex internis indiciis et fatetur ipse quam incerta sint signa illa et quam facile in errorem inducant.

« As I re-read this play after coming straight from the study of Marlowe, inquit ille, I find again and again passages that, as it seems to me, no hand but his could have written. It is not easy in a question of this kind to set down in details reasons for our belief. Marlowe's influence permeated so thoroughly the dramatic literature of his day, that it is hard sometimes to distinguish between master and pupil. When the master is writing at his best there is no difficulty, but when his work is hasty and ill-digested, or has been left incomplete and has received additions from other hands, then our perplexity is great. In our disgust at the brutal horrors that crowd the pages of *Titus Andronicus*, we must beware of

[1] Loc. cit. pp. lxxiv-lxxv.
[2] Loc. cit. p. lxxvi.

blinding ourselves to the imaginative power that marks much of the writing [1]. »

Postquam retulit nonnullos e locis quos putat a Marlovio scriptos fuisse, et in primis Aaronis scelera ipsius confitentis orationem qua, inquit ille, renovatur memoria Barabæ cum Ithamoro colloquentis (II, 3), in Melitensi Judœo, Bullenus tamen declarat se dubitare an quidam loci, inter fabulæ eminentissimos numerati, in Marlovium conferendi sint.

« The great difficulty, inquit ille, lies in determining to whom we should assign the frantic ravings of old Andronicus. They appear to be by another hand than Marlowe's; and they cannot, with any degree of plausibility, be assigned to Shakespeare. Lamb suggested that they recall the writer who contributed the marvellous « additions » to the « Spanish Tragedy, » — a suggestion that deserves more attention than it has received. What share Shakespeare had in the play I must confess myself at a loss to divine. I have sometimes thought that there are traces of his hand in the very first scene, — and not beyond it; that he began to revise the play, and gave up the task in disgust... But however closely we may look for them, we shall find very few Shakespearean passages. Of Marlowe's earliest style we are constantly and inevitably reminded [2]. »

Si quidquid Marlovius composuit cognoscere velis, fabulis ejus conjungenda sunt plura carmina ex græca vel ex latina lingua translata, aut ad priscorum exemplar operum expressa, quorum pleraque eo mortuo edita fuerunt. Antiquissimum horum carminum fuisse videtur Ovidii elegiæ.

Dycius putat Marlovium hæc carmina in britannicum conversa scripsisse Cantabrigiensibus Athenis, dum litteris studeret :

« Surely not, addit Bullenus, at the direction of the college authorities [3]. »

et eo verisimilior sententia videtur quod carmina non solum mendosa sunt, sed, nihilominus obscena quam Ovidii elegiæ. Insignia sunt poeticis virtutibus et flamma oratoria Marlovio

[1] Loc. cit. p. lxxvi.
[2] Loc. cit. pp. lxxvii-lxxviii.
[3] Loc. cit., p. xxv.

propriis. Hoc opus demum editum fuit anno P. C. N. millesimo quingentesimo nonagesimo octavo (1598), cura Henrici Petovii (Henri Petowe), unius ex eorum qui poema *Hero and Leander* inscriptum perfecerunt. Petovius ei conjunxerat, in proæmii vicem, immodicas Marlovii laudes. Quibus laudibus judices qui de rebus sacris cognoscebant non deterriti fuerunt quominus librum a carnifice in ignem inferri juberent, forte contra ad hanc sententiam deducti fuerunt, fortuna enim fabularum Marlovii magis magisque prospera et multa opera nomine ejus subscripta quæ primum, vel iterum edita erant, odio eorum qui poetæ infensi erant, præsertim puritanorum, incrementum afferebant, nedum illud imminuerent.

Anno millesimo quingentesimo nonagesimo septimo (1597), jussu Thomæ Whitgifti (Thomas Whitgift), qui Cantabrigiensibus Athenis archiepiscopus erat, et Londiniensis episcopi, opus a carnifice in ignem illatum fuit [1] simul ac Marstonis Pygmalion, Hallis (Hall) satiræ et liber Cuthvodi (Cuthwood) inscriptus : « Caltha Poetarum. » Quamvis judicii ignominia afflictum fuerit, opus semel atque iterum in alienis regionibus, Londinii etiam, furtive vero, typis mandatum fuit. Nulli editioni inscriptus est annus quo liber in vulgus emissus fuit; cunctis, iis etiam quæ Londinii divulgatæ fuerunt, Medioburgum (Middlebourg) declaratur civitas esse in qua liber prælo subjectus fuisset. Huic volumini plerumque adjuncta sunt Johannis Davies epigrammata. Elegias in quibusdam editionibus sequuntur, sed in aliis antecedunt, sine dubio ut elegiæ minus conspicuæ sint [2].

Primus Pharsaliarum liber [3], in versus britannicos non similiter desinentes conversus, paulo post, anno millesimo sexcentesimo (1600), editus fuit. Plus carminis artibus nitent Marlovii

[1] Non in eum solum culpa conferenda est. Carminibus ejus, inquit Wartonius, Henricus Petovius alteram adjunxerat partem quæ nihil aliud erat nisi appendix ad italicum exemplar expressa (but was called a second part, which is nothing more than a continuation from the Italian appeared by one Henry Petowe in 1598).

[2] Ecce titulus editionis quæ antiquissima videtur : Epigrammes and Elegies. By I. D. and C. M. At Middleborugh, 12mo.

[3] Lucans First Booke Translated Line for Line, By Chr. Marlow. At London, Printed by P. Short, and are to be sold by Walter Burre at the Signe of the Flower de Luce in Paules Churchyard, 1600, 4to.

quam Lucani versus, et signa describendo quæ Romæ notata fuerunt postquam Cæsar legiones suas trans Rubiconem trajecerit, Britannicus poeta Lucanum manifesto superat. Quamvis autem ad titulum adscriptum sit : *translated Line for line*, Marlovius imperfecte verbis britannicis reddidit verba contrarie relata (*Antithèses*), et argutas pressasque Lucani sententias. Dycius putat Marlovium hoc opus, ut Ovidii elegias, scripsisse dum Cantabrigiensibus Athenis litteris studeret. Sententiam suam colligit ex eo quod Marlovius in versibus non similiter desinentibus hujus poematis interpunctorum reditum solerter et callide nondum alternat. Bullenus autem de re non eadem sentit :

« I venture to think, inquit ille [1], that the lines are not wanting in variety of pause to any very noticeable extent. »

Tertium opus, Marlovii morte pariter interruptum, poema est *Hero and Leander* inscriptum. Ei videtur in animo fuisse hoc *Sestiada* vocare, quod urbs Sestos locus esset in quo res gesta fuerit. Hoc opus compositum fuit ad exemplar poematis scripti a sophista incognito, ad Alexandrinam familiam pertinente. Rem hodie novimus. Sæculo autem sexto et decimo P. C. N. critici existimabant illud principium suum a prioribus temporibus repetere, et conferebatur in Musæum, poetam semi-mythicum qui fertur Hesiodi et Homeri magister fuisse. Æqualium ætate sententiam sequens, Marlovius existimabat poema unum esse ex venerandis monumentis quæ litteris mandata fuerunt a prioribus ætatibus, quamobrem in honore maximo id habuit et accuratissime in Britannicum convertit, dum rem forte non tentavisset, tanta saltem cura, si carmina pro opere ætatum jam deflorescentium habuisset.

Poema cui *Hero and Leander* titulus, compositum fuit, ut verisimile est, temporibus iisdem quibus scripta fuerunt, et poemata de quibus modo agebatur et primæ Marlovii fabulæ, id est, sive quum Cantabrigiensium Athenarum incola esset, sive quum Londinii recens, et memoria studiorum quibus deditus fuerat illectus, majorem quam posterius fervorem ad bonarum artium disciplinas adhiberet, et laudum cupidissimus esset. Forte opus inceptum deinde, longis intervallis interjectis,

[1] Vol. I, p. LIV.

persecutus est. Id autem propius est fidem eum a studiis suis abductum fuisse et magno fabularum docendarum labore et suis flagitiis, carminaque sua per postremos vitæ annos, in tabulis intacta servavisse. Poema Hero and Leander inscriptum confectum fuit a Chapmano qui optimus erat poeta. Marlovium etiam, inquit Franciscus Cunninghamus, Chapmanus quibusdam partibus antecellebat. Verum ei nec eodem ingenio, nec iisdem scribendi artibus prædito, necesse fuit Marlovii scribendi genus imitaretur, et ea necessitas sine dubio eum in magnas salebras induxit. Honeste tamen munere suscepto functus est, et poema, anno millesimo quingentesimo nonagesimo octavo (1598) editum, inter opera quæ temporibus iisdem apud Britannos maxime floruerunt, numeratur [1].

Wartonio auctore, Marlovius præter hæc Helenæ raptum (*Rape of Helena*), Coluthi poema, anno P. C. N. millesimo quingentesimo octogesimo septimo (1587) in versus britannicos convertit. Chirographum tamen nunquam oculis suis vidisse, et rem ab erudito viro qui patienter fabellas excerperet accepisse fatetur. Hæc translatio, si modo exstiterit, non superest, quapropter inter Marloviana opera non numerata fuit. Longo tamen temporis spatio Wartonii opinioni fides adjuncta fuit. Wartonius fingebat, et conjecturæ veri quædam species erat, Marlovium inductum fuisse ad *Helenæ Raptum* in britannicum vertendum eo quod soluta hujus poematis translatio superiori anno edita fuisset. Asseverat etiam hanc translationem in Librariorum tabulas relatam fuisse a Joanne (Jones) anno millesimo quingentesimo nonagesimo quinto (1595). « *A Booke entituled Raptus Helenæ* (*Helene's Rape*), *by the athenian Duke Theseus.* » Sed in errorem manifesto incidit, inquit Dycius, Coluthus enim cecinit Helenæ raptum a Paride, non a Theseo. Pariter Malonus in Marlovium hoc poema contulisse videtur, quum miseratur immaturam mortem qua poeta impeditus fuit ne poema cui Hero and Leander titulus perfecerit,

[1] In librariorum tabulas anno millesimo quingentesimo nonagesimo tertio (1593) relatum fuerat.

« XXViij° die Septemb. (1593) John Wolf entred for his Copye, etc. a book intituled Hero and Leander, being an amorous poem devised by Christopher Marlow vjd. »

Typis autem mandatum fuit solum quinque post annis, non a Johanne Wolfe, sed ab Adamo Islipe (Adam Islip) et ab Eduardo Blunto (Edward Blunt).

nam, inquit, si non occisus fuisset, cum Shakespearo qui poemata titulis : *Adonis et Venus* et *Lucretiœ Raptus* scripsit, de palma forte certavisset [1]. Quinimo, Wardus contendit Marlovianum opus Shakespeari poemati antecellere.

Inter opera quæ in Marlovium collata fuerunt, collocanda est tandem una ex fabulis commenticiis res medio ævo præclare gestas ab Equitibus (Chevaliers) narrantibus. Inscripta est :

« The second part of the Historie, called the Nature of a Woman : Contayning the end of the strife betwixt Perseus and Theseus. Compiled by C. M. — At London, Printed by the Widow Orwin for Clement Knight, and are to be sold at his shop at the little North-doore of S. Paules Church. 1596, 4° (22 leaves).

In solo hujus operis volumine quod in possessione sua tenuit, Malonus scripsit : C. M. His verbis, ut verisimile est, Christophorus Marlovius designatur. Res, contra, omnino fidem excedit, inquit Paynus Collierus [2], etenim si solum evolveris libellum, qui nulla arte conspicuus est, mox tibi dilucebit opus nec argumento, nec dicendi genere Marlovii esse. Nullo indicio conjectura, quam Malonus solus exprompsit, confirmatur. Non inventa est pars prior operis et nomen ejus qui posteriorem scripsit ignotum est.

Aliquot carminibus, inter quæ Carmen : *The Passionate Shepherd to his Love* inscriptum, notissimum est et nota dignum propter teneros et flebiles sensus quos exprimit, expletur poeticum Marlovii opus. Omni ex parte fabulis ejus impar, maxime constat e carminibus translatis, et hæc scribendo non solum Græcorum et Latinorum ingenium, sed etiam libidinosos sensus duces habuit. Laude tamen opus non indignum est. Marlovius multis in partibus ingenio suo vela pandit, et verorum vatum sublimes mente concipit sensus. Imprimis in poemate cui Hero and Leander titulus, et in Pharsaliarum translatione, se præbet solertissimum in arte versus non similiter desinentes concinne scribendi, et æmulator fuit nonnunquam felix Lucani.

[1] If Marlowe has lived to finish his Hero and Leander, he might perhaps have contested the palm with Shakespeare in his *Venus and Adonis*, and *Rape of Lucrece* (Shakesp. X. p. 72, ed. 1791).
[2] Bibliographical and Critical Account. Vol. I. p. 522.

Quamvis litteras solum sex annos coluerit, Marlovius tamen inter æquales suos celsum et præclarum tenuit locum. Ex eo loco non a sapientibus deductus fuit judicibus, licet opera sua deformentur gravibus maculis, quas cæterum paulatim emendasset, quum ætate et usu rerum ingenium suum maturatum et temperatum fuisset.

Proprium hoc est Marlovii, et rem communem habuit cum Shakespearo cui largiter viam pandit, vim rerum mente fingendarum præcipuam fuisse ingenii sui virtutem, et tanto alias superasse, ut ex ea manent cuncta quibus opera sua insignia sunt, vitia pariter ac dotes. Non solum natura valebat in arte effingendi componendique eventa quæ in scenam inducebat. Insuper in eo fuit vis præstans induendi rebus et personis speciem ad spectantes movendos aptissimam. Quibus virtutibus jam eximiis et maximi momenti et ponderis ei qui fabulas docet, conjunxit summas lyrici poetæ dotes : animum spiritu divino tactum, et hunc sermonem vividum et sententiis crebrum, proprium ei qui non solum res cogitat, sed etiam res cogitatas animo sibi tanto cum fervore fingit, ut ante oculos suos versari videantur. Marlovius igitur cum ingenio fecundo, rebus inveniendis acuto, copulavit virtutem, æque præstantem, ornandi res inventas specie jucunda coloribusque splendidis. Illa animi ubertate, fervidiore quam ut semper composita et ordinata sit, impulsus fuit ad modum æquum excedendum, et devolvit in vitia jam notata, quorum gravissima fuerunt casus frequentiores et cumulatiores quam ut verisimiles sint, cupiditates immoderatæ personarum superbia tumentium, et inflatum et nonnunquam deridendum dicendi genus, vim rerum tragicarum vanam faciens, eam in majus extollendo. Hæc tamen vitia nihil aliud sunt nisi intemperies virtutum insignium, nondum autem bene rectarum, et quum Marlovius litteris nece ereptus fuit, jam e gravissimis vitiorum illorum partibus se expediverat. Sermonis ampullas primum sustulerat. A Tamerlano magis magisque hoc vitio se exuit. Immodicos quoque animi et verborum impetus compescit, et se non effundit in hos vehementes animi motus, nisi quum personæ indomitis cupidinibus incensæ sunt. Harum personarum præcipuæ, primum tam immodice delineatæ ut humanam amitterent speciem, in Eduardo secundo temperatius finguntur et majorem veritatis effigiem in se ostendunt. Res, diligentius excogitatæ et nexæ,

rarioribus casibus quam antea, intricantur. Haud dubium est quin Marlovius ea quæ scena desiderantur clarius perspexerit, et mente comprehenderit modum in verbis et sensibus et subtilia discrimina rerum non solum haud spernenda esse, sed etiam multa præbere commoda. Jam tantum profecit, ut haud multum absit quin drama novum ad summum culmen perduxerit.

Marlovius etiam enisus est ut mutaret suum excogitandi argumenti morem, quo in unam personam, in quam cuncta vergunt, oculos animosque intuentium convertit. Hæc ratio, quamvis aliquando argumenti naturæ apta, perpetuo tamen non adhibenda est, præcipua enim persona, plerumque impar est toti fabulæ moli sustinendæ, et illa rei agendæ arte, aliæ personæ ei plus æquo obnoxiæ sunt; sæpe pro nihilo ducuntur. In Eduardo secundo, in illius artis vicem artem alteram supponit, sine dubio non perfectam, sed ad scenam aptiorem quæ majores dat ansas ad argumenti res et nodos variandum. Præcipua persona, Eduardus secundus, primas pariter partes tenet; totam autem scenam non occupat. Circum eum aliæ personæ se movent; ingentes etiam agunt partes. Ad nodos solvendos magnopere adjuvantes, crebro conspicuæ sunt. Numero personarum quæ in promptu sunt aucto, Marlovio necesse fuit alias ab aliis distingueret, et quamvis invitus et non tantum quantum satis est huic necessitati pareat, ea tamen adductus est ad indoles considerandas et ad animi motus inspiciendos et dijudicandos, et hac indagatione novas intuentium movendorum rationes invenit. Intellexit rem ab Alfredo Meziero notatam : spectantes multo magis concitari descriptione animi curis vel cupiditatibus solliciti quam spectaculo corporis dolore vel libidinibus cruciati. Eduardum secundum scribendo, in viam illam manifesto, remisse tamen, tetendit. Verisimile est eum posterius incepta usque ad extremum persecutum fuisse et imprimis ob eam causam, luctuosa nex ejus deflenda est. Tum occisus fuit quum, suum componendi genus convertens, spem afferret operum perfectiorum et elatiore spiritu afflatorum.

Inter vitia quibus Marlovii dramata insuper deformantur, duo imprimis conspicua sunt et gravissima. In ejus fabulis comica pars, vel in totum deest, vel plus æquo contracta fuit, et ei non tanti momenti fuisse videtur quanti et hoc fabulæ genus, et spectantium studia flagitabant. Nec amplius propositum suum assecutus est quum muliebres personas depingeret,

cunctis enim in fabulis suis non vere adumbratæ et vix tolerandæ sunt. Vitia autem illa, ut vitia superius notata, oriuntur, quamvis multo minus, e virtutibus modum excedentibus. Fingendi avidus, Marlovius argumentorum suorum partes serias tragicasque potissimum respiciebat et peragebat. Fervido ingenio abreptus, animum habebat nec patientem laboris, nec sedatum ejus qui se dedit ad lentas et intentissimas hominum rerumque disquisitiones quibus comœdia valet. Ut his minimis et acutis rebus sedulam operam daret, necesse fuisset sibi nimiam animi servitutem injungeret. Nec rem experitur, nec etiam ad hanc experiendam pronus est. Etiamsi hanc perficeret, ardor et impetus ejus adeo consedissent ut animi tepidi flammam et vim fingendi non sine magno labore refoveret, ita ut noxa fabulæ his alternis vicibus illata non parte comica pensaretur. Similiter, fervidum ejus ingenium nequaquam aptum erat ad intentissimas animi indagationes et ad exquisitas et diversas descriptiones quæ desiderantur ab eo qui muliebres imagines in scenam inducit. Forte quoque non ad rem tentandam sollicitabatur conspectu vel consuetudine mulierum exempla ad imitandum proponentium, mulieres enim illæ apud cœtus hominum pravorum et ad nequitiam abductorum in quos frequens veniebat profecto rarissimæ erant, si modo una unquam in his locis reperta fuerit. Verum quo magis Marlovius suo imperavisset ardori et vim snam animo fingendi temperavisset, eo facilius, argumentum suum regens et non illo rectus, rem exploravisset totam et omnes hujus partes ad effectum postulatum adduxisset. Spatium sibi dedisset partem comicam ab argumento deducendi, et muliebres imagines solertius et rectius effictas in illud intromittendi. Rem posteriorem tentavisse videtur, viribus autem suis nimis diffidendo, quum Valesiensis Isabellæ personam in scenam induxit et velut primis lineis designavit. Quum autem ei in animo fuisset rem fidentius aggredi, hanc felicius et artibus ingenio suo convenientibus effecisset. Patriam scenam muliebribus imaginibus ornavisset germanissimis, quibusdam partibus, perennibus figuris a Shakespearo inventis. Quædam e carminibus ab eo scriptis, ostendunt eum operæ non imparem fuisse.

Jam natura insigniter præditus virtutibus ei qui fabulas in scenam inducit maxime necessariis, Marlovius præter hæc opportunitate temporis et rerum valde adjutus fuit. Quum

scenam britannicam aggressus est, ii qui fabulas docebant viam diu conquisitam tandem reperierant, et una res iis deerat. Voto petebant scriptorem iis per hanc novam viam ducendis idoneum. Marlovio hæc laus tribuenda est, eum viam illam confidenter institisse, et quum iter inivisset, non de ea deflexisse et longis processisse passibus. Quum primam suam fabulam in scenam induxit, agebantur dramata inchoata ac rudia, et ad initia novi generis in his dignoscendum, acutissima mentis acie et præsertim leni ingenio opus erat. Marlovius scienter elementa illa percepit et e caligine rerum circumstantium, nullis adjuvantibus, in claram lucem protulit. Dum in studium scenicæ artis prodiret, constanter principem obtinuit locum. Viam aperiens, aliis exemplo fuit, nunquam aliorum exempla secutus est. Ii qui, temporibus iisdem, fabulas in scenam induxerunt: Nash, Peelus, Lodgius, Greenus, etc. cuncti revera ejus imitatores pariter ac æmuli fuerunt, et nullam iis debuit gratiam, nisi forte beneficium vituperationum ad quas efferendas invidia multo magis quam vitiis ejus clare perspectis impellebantur. Si assentiris huic sententiæ, a Malono et a Payno Colliero primum latæ, et, ut opinor, minime dubiæ, Shakespearum primas suas fabulas in scenam anno P. C. N. millesimo quingentesimo nonagesimo primo (1591) induxisse, et usque ad annum P. C. N. millesimum quingentesimum nonagesimum tertium (1593) nullum scripsisse drama quod primus invenisset et in scenam dedisset, fatendum est Marlovium vere drama novum peperisse. Anno millesimo quingentesimo nonagesimo tertio (1593), quo occisus fuit, cunctæ ejus fabulæ actæ fuerant et exempla præbuerat, non certe perfecta, egregia autem, diversorum dramatis novi generum quæ *Historicum Drama*, *Chronicle-Play* et *Melodrame* dicuntur. Iis qui eum secuti sunt, solum dereliquit opus perficiendi quod jam magna ex parte effecerat. Qui ei successurus erat, jam aderat cæterum, et exortus est ad culmina quæ sine dubio nunquam Marlovius adeptus esset, sed ad quæ forte propius quam putatur accessisset. Quum Marlovius anno millesimo quingentesimo nonagesimo tertio luctuosa nece assumptus fuit, Shakespearus, suo ingenio et temporum et rerum opportunitate faventibus, eminuit et in ejus locum subjectus fuit. Summis virtutibus consummavit rem ab excellenti Marlovii mente jam prospere inceptam.

Plerique ex Marlovii æqualibus et e posteriorum ætatum litteratis comprehenderunt Marlovium maximam partem in rebus scenicis obtinuisse. Senserunt non tum dilucide quam res hodie perspicitur, distincte autem, eum vere drama novum invenisse et rem imprimis apud posteros ei laudi futuram esse. Tempus et intervallum sæpe necessaria sunt ut homines et res in verum restituantur locum et falsæ indoctorum et invidentium opiniones dissolvantur. Marlovium autem virtutibus suis præstantissimum esse, nullos præteriit litteratos, ne eos quidem qui ei contumeliosissime maledixerunt et rem manifestam comperies si paginas evolveris quas ejus memoriæ dedicaverunt.

NOTÆ

Nota A

p. 91.

The Atheist's Tragedie.

This ballad, inquit Dycius (*Marlowe's works*, p. 387) is printed from a manuscript copy in the possession of Mr J. P. Collier. The « Friend once gay and greene » is Robert Greene; *Wormall* is the anagram of Marlow.

All you that have got eares to heare,
  Now listen unto mee;
Whilst I do tell a tale of feare;
  A true one it shall bee:

A truer storie nere was told,
  As some alive can showe;
'Tis of a man in crime grown olde,
  Though age he did not know.

This man did his owne God denie
  And Christ his onelie son,
And did all punishment defie,
  So he his course might run.

Both day and night would he blaspheme,
  And day and night would sweare,
As if his life was but a dreame,
  Not ending in dispaire.

A poet was he of repute,
  And wrote full many a playe,
Now strutting in a silken sute,
  Then begging by the way.

He had alsoe a player beene
  Upon the Curtaine-stage,
But brake his leg in one lewd scene,
  When in his early age.

He was a fellow to all those
  That did God's laws reject,
Consorting with the Christians' foes
  And men of ill aspect.

Ruffians and cutpurses hee
  Had ever at his backe,
And led a life most foule and free,
  To his eternall wracke.

He now is gone to his account,
  And gone before his time,
Did not his wicked deedes surmount
  All precedent of crime.

But he no warning ever tooke
  From others' wofull fate,
And never gave his life a looke
  Untill it was to late.

He had a friend, once gay and *greene*,
  Who died not long before,
The wofull'st wretch was ever seen,
  The worst ere woman bore,

Unlesse this *Wormall* did exceede
  Even him in wickednesse,
Who died in the extreemest neede
  And terror's bitternesse.

Yet Wormall ever kept his course,
  Since nought could him dismay;
He knew not what thing was remorse
  Unto his dying day.

Then had he no time to repent
  The crimes he did commit,
And no man ever dit lament
  For him, to dye unfitt.

Ah, how is knowledge wasted quite
  On such want wisedome true,
And that which should be guiding light
  But leades to errors newe!

Well might learnd Cambridge oft regret
He ever there was bred :
The tree she in his mind had set
Brought poison forth instead.

His lust was lawlesse as his life,
And brought about his death;
For, in a deadlie mortall strife,
Striving to stop the breath

Of one who was his rivall foe,
With his owne dagger slaine,
He groand, and word spoke never moe,
Pierc'd through the eye and braine.

Thus did he come to suddaine ende
That was a foe to all,
And least unto himselfe a friend,
And raging passion's thrall.

Had he been brought up to the trade
His father follow'd still,
This exit he had never made,
Nor playde a part soe ill.

Take warning ye that playes doe make,
And ye that doe them act;
Desist in time for Wormall's sake,
And thinke upon his fact.

Blaspheming Tambolin must die,
And Faustus meete his ende;
Repent, repent, or presentlie
To hell ye must discend.

What is there, in this world, of worth,
That we should prize it soe?
Life is but trouble from our birth,
The wise do say and know.

Our lives, then, let us mend with speed,
Or we shall suerly rue
The end of everie hainous deede,
In life that shall insue.

Ign. [1]

Finis.

[1] Bullen, vol. III, pp. 303-307.

Nota B

p. 95.

A Note contayninge the Opinion of one Christofer Marlye, concernynge his damnable opinions and Judgement of Relygion and Scorne of Gods Worde.

From. Ms. Harl. 6853, Fol. 320 [1].

That the Indians and many Authors of Antiquitei have assuredly written of above 16 thowsande yeers agone, wher Adam is proved to have leyved within 6 thowsande yeers.

He affirmeth That Moyses was but a Juggler, and that one Heriots can do more then hee.

That Moyses made the Jewes to travell fortie yeers in the wildernes (which iorny might have ben don in lesse then one yeer) er they came to the promised lande, to the intente that those whoe wer privei to most of his subtileteis might perish, and so an everlastinge supersticion remayne in the hartes of the people.

That the firste beginnynge of Religion was only to keep men in awe.

That it was an easye matter for Moyses, beinge brought up in all the artes of the Egiptians, to abuse the Jewes, being a rude and grosse people.

. . . .

That he (Christ) was the sonne of a carpenter, and that, yf the Jewes amonge whome he was born did crucifye him, thei best knew him and whence he came.

That Christ deserved better to dye than Barrabas, and that the Jewes made a good choyce, though Barrabas were both a theife and a murtherer.

[1] This paper, inquit Dycius, (Marlowe's workes, p. 389), was first printed by Ritson in his *Observations on Warton's Hist. of E. P.*, p. 40...

In a volume of Marlowe's collected pieces (now in the Bodleian Library), Malone has written what follows.

« This Richard Bame or Banes was hanged at Tyburn or the 6th of Dec. 1594. See the Stationer's Register, Book B, p. 316.

« It is obvious to remark upon this testimony, that it is *not upon oath;* that it contains some declarations which it is utterly incredible that Marlowe should have made (as that concerning his intention to coin, which he must have known to be penal); that Bame does not appear to have been confronted with the person accused, or cross — examined by him or any other person; and that the whole rests upon his single assertion. This paper, however, may derive some support from the verses quoted at the other side (of the page in Malone's book) from the *Returne from Parnassus*, which was written about 10 years after Marlowe's death. »

That yf ther be any God or good Religion, then it is in the Papistes, because the service of God is performed with more ceremonyes, as elevacion of the masse, organs, singinge men, *shaven crownes*, etc. That all protestantes ar hipocriticall Asses.

That, yf he wer put to write a new religion, he wolde undertake both a more excellent and more admirable methode, and that all the new testament is filthely written.

. . . .

That all the Appostels wer fishermen and base fellowes, nether of witt nor worth, that Pawle only had witt, that he was a timerous fellow in biddinge men to be subject to magistrates against his conscience.

That he had as good right to coyne as the Queen of Englande, and that he was acquainted with one Poole, a prisoner in newgate, whoe hath great skill in mixture of mettalls, and, havinge learned such thinges of him, he ment, thorough help of a cunnynge stampe-maker, to coyne french crownes, pistolettes, and englishe shillinges.

That, yf Christ had instituted the Sacramentes with more cerymonyall reverence, it would have ben had in more admiracion, that it wolde have ben much better beinge administred in a Tobacco pype.

. . . .

That one Richard Cholmelei hath confessed that he was perswaded by Marloes reason to become an Athieste.

Theis thinges, with many other, shall by good and honest men be proved to be his opinions and common speeches, and that this Marloe doth not only holde them himself, but almost in every company he commeth, perswadeth men to Athiesme, willinge them not to be afrayed of bugbeares and hobgoblins, and utterly scornynge both God and his ministers, as I Richard Bome (sic) *will justify bothe by my othe and the testimony of many honest men, and almost all men with whome he hath conversed any tyme will testefy the same: and, as I thincke, all men in chistianitei ought to endevor that the mouth of so dangerous a member may be stopped.*

He sayeth moreover that he hath coated (*quoted*) *a number of contrarieties out of the scriptures, which he hath geeven to some great men, who in convenient tyme shalbe named. When theis thinges shalbe called in question, the witnesses shalbe produced.*

Rychard Bame.

(Endorsed).

Copye of Marloes blasphemyes as sent to her H[ighness'] [1].

[1] Bullen, vol. III, p. 313-314.

Nota C

p. 128.

De versibus non similiter desinentibus.

De versibus non similiter desinentibus agendo, consulto ea quæ ad versuum leges et mutationes pertinent omisi. Majoris momenti sunt et ponderis quam ut obiter tractentur, et me abstraherent extra fines quos mihi constitui, si ea penitus introspicerem. Cæterum tam peracuta sunt ut litteris eruditos et judices, apud Britannos, adhuc in studia diducant, et mihi tantum non sumo ut controversiam, quùm ii etiam nunc de re certent, dirimam. Rem tamen non præteribo totam et ostendam quibus propositis, in dubium vocatis, in disceptationem cadat. Jurgium isto modo expositum fuit à Symonde (Symonds) et recto liberoque animo expromptum fuisse mihi videtur.

Marlovio, inquit Symondes, tres tribuendæ sunt laudes. Prosperam præsensit fortunam quam drama novum, adhuc inchoatum ac rude, consecuturum erat. Intellexit versum non similiter desinentem verum esse, apud Britannos, scenicum metrum; et utrumque inexpectato conatu, ad fastigia sustulit quæ nondum attigerant. Drama novum informavit duobus elementis, fluentibus e diversissimis fontibus. Hoc enim genus ad vulgi sensum accommodatum et præcipue Britannicum, forma induit versus non similiter desinentis, id est rara insignique veste, illo enim versu fere soli utebantur litteris eruditi qui græca latinaque sequebantur exempla.

Ab iis autem versum non similiter desinentem sumendo, illum penitus mutavit, et tam absolute renovavit, ut vix illum agnoscas. Solum et quasi fundamentum ejus non e numero, sed e sono (*accent*) duxit, et mira fuit inventio, inquit Symondes, sonus enim vocem per majores attollit gradus, in Britannicis vocabulis, quam vocis declinationes quæ inter longas et breves syllabas constant. Versus igitur modulationes validius notat et majore varietate distinguit quam numerus.

« The single line, or unit, inquit Symonds, in a blank verse period is a line of normally five accents, of which the final accent falls on the last syllable, or, if that syllable be not definitely accented, is supplied by the closing pause [1]. It consists frequently, but by no means

[1] As the terminal syllable in the classical metres may be long or short, so the terminal syllable in blank verse may be accented or unaccented, the close of the verse sufficing. Sophocles end a line, e. g. with ἐλαύνετε and Shakespere one with *alacrity*. This observation might lead to further remarks upon what quantity and accent have in common, metrically speaking; but the inquiry would be too long.

variably, of ten syllables. It has usually, but not inevitably, a more r less discernible pause, falling after the fourth or the sixth syllable. ut of these determinations, it is possible to make or to select a ypical line, the normal line of English heroic rhythm. And for this urpose we can do no better than choose the one indicated by Johnson from Milton :

« Love lights his lamp, and waves his purple wing. »

« Here it will be noticed we get five accents regularly falling on the second syllable of each foot, and a pause marked at the end of the fourth syllable. Such a line may be termed the ideal line of English heroic prosody; and it is our business to keep its scheme somewhere, in however shadowy a shape, present to our mind, in order to appreciate and judge the almost innumerable declensions from the type, which constitute the variety and beauty of the metre in the handling of great masters [1]. »

Hic versus, qui metrum factus est præcipuum, et, ut ita dicam, *classique* gravis sublimisque poesis apud Britannos, prioribus temporibus jam in consuetudinem scriptorum venerat et cum linguæ natura mire consentiebat. Redactus autem fuerat in verborum similiter desinentium servitutem usque ad tempora Surreii qui illum e vinculis istis exemit quum Æneidos excerpta in britannicam linguam transtulit. Attamen a Surreii temporibus usque ad Marlovianam ætatem non ex libertate recepta capti fuerant fructus qui percipiendi essent. Litteris eruditi, versus non similiter desinentes componendo, hos legi adstringebant non soni, sed numeri usurpati a poetis græcis qui carmina scripserunt heroica, qua lege versus illi deformabantur et non valebant ad vim et sensus poetarum exprimendum.

« The cultivated poets who first employed this unrhymed verse, were struck with the similarity it offered to the Iambic measure of the ancients. Having studied prosody in Greek and Latin metres, they applied the classical nomenclature of quantitative scansion to English rhythms. At the same time they overlooked this important circumstance, that the heroic line fell short of the Greek senarius by one whole foot [2].... »

« Starting with the notion that the heroic line was what an old critic has called it, « a licenciate iambic, » the first writers of blank verse took pains to imitate the iambic rhythm as closely as possible by alternating an unaccented with an accented syllable throughout the line. This process led them to end the line with a strong monosyllable, and to isolate each verse.... »

George Gascoigne, in his short tract « On the Making of Verse

[1] Shakspere's Predecessors in the English Drama, pp. 590-591.
[2] Symonds, loc. cit., pp. 593-594.

in English, » was quick to perceive the consequent impoverishment of rhythm. « Surely I can lament, he says, that we are fallen into such a plain and simple manner of writing that there is none other foot used but one. » Gascoigne was well aware that English prosody relied on accent; and he described this foot of whose tyranny he complained, as composed « of two syllables, whereof the first is depressed or made short, and the second is elevate or made long. » He further pointed out that Chaucer had used greater liberties with metre; « and whosoever do peruse and well consider his works, he shall find that although his lines are not always of one self-same number of syllables, yet, being read by one that hath understanding, the longest verse and that which hath most syllables in it with fall to the ear correspondent unto that which hath fewest syllables in it; and, likewise, that which hat in it fewest syllables, shall be found yet to consist of words that have such natural sound, as may seem equal in length to a verse which hath many more syllables of lighter accents. » This passage contained the pith of the whole matter; and closer analysis of classic and Italian metres led poets to the same result; namely, that what they called « the licenciate iambic » could be written with far greater effect of melody and force of rhetoric by varying the unit of the rhythm, or the foot.

« Here, however, intervened the great difficulty of English scansion, so long as that seansion was still referred to the quantitative theory. A Greek tragic senarius consisted of six feet; each foot consisted of a short syllable followed by a long; but in certain places of the verse, in the first, third, and fifth two longs might be used. Thus the normal structure of the line was this.

⏑– | ⏑– | ⏑– | ⏑– | ⏑– | ⏑–.
– –   – –   – –

« Furthermore, equivalents for both the iamb and the spondee might be employed at fixed intervals; and thus the tribrach, anapest and dactyl were, under certain restrictions, admitted into the verse. The one inadmissible foot was the trochee; and the one invariable foot was an iamb in the final place. Now, in order to imitate an iambic line upon the accentual system, it was necessary to make an unaccented syllable pass for a short, and an accented syllable for a long. According to the practice of Surrey and Sackville the imitative process seemed easy, so long as the versifier confined himself to the simple foot of which Gascoigne complained. He sacrificed the native variety of the English rhythm, and did not profit by the foreign varieties of the classical metre. This was because he was working upon a radically false theory. But no sooner did a poet arise who

flung theory to the winds and returned to the native liberty of English accentual versification, than variety was at once attained without the sacrifice of melody, but at the same time the laws of classical or quantitative prosody of the iambic had to be freely violated. Trochees appeared in all places but the last, and chimerical choriambi sprawled, to the purblind eyes of pedants, over two feet [1]. »

Modis igitur et modulationibus Heroici Britannici Versus, si creditur Symondi, solum et quasi fundamentum primo sonus fuerat. Eruditi autem poetæ qui versus non similiter desinentes e servitute verborum similiter consonantium exuerant, illos heroicis Græcorum versibus æquare conati sunt. Illis legem imposuerunt numeri aversi et ab illorum modis et a sermonis patrii natura et hoc in Marlovii laude ponendum est, eum illud versuum genus tanto impedimento liberavisse, illique simul ac antiquos modos, restituisse et modulationes, et profluentes canorosque sonos et expeditam diversamque formam.

« He found it what Greene calls a « drumming decasyllabon. » Each line stood alone, formed after the same model, ending with a strongly accented monosyllabe. Marlowe varied the pauses in its rhythm ; combined the structure of succeeding verses into periods ; altered the incidence of accent in many divers forms and left the metre fit to be the vehicle of Shakspere's or of Milton's thought. Compared with either of those greatest poets, Marlowe, as a versifier, lacks indeed variety of cadence, and palls our sense of melody by emphatic magniloquence. The pomp of his « mighty line » tends to monotony; nor was he quite sure in his employment of the instrument which he discovered and divined. The finest bursts of metrical music in his dramas seem often the result of momentary inspiration rather than the studied style of a deliberate artist [2]. »

[1] Symond, loc. cit., pp. 595-597.
[2] Symond, loc. cit., pp. 588-589.

Nota D

p. 190

Gaveston. — I must have wanton poets, pleasant wits,
Musicians, that with touching of a string
May draw the pliant king which way I please.
Music and poetry is his delight;
Therefore I'll have Italian masks by night,
Sweet speeches, comedies, and pleasing shows;
And in the day, when he shall walk abroad,
Like sylvian nymphs my pages shall be clad;
My men, like satyrs grazing on the lawns,
Shall with their goat-feet dance the antic hay.
Sometime a lovely boy in Dian's shape,
With hair that gilds the water as it glides,
Crownets of pearl about his naked arms,
And in his sportful hands an olive-tree,
To hide those parts which men delight to see,
Shall bathe him in a spring; and there hard by,
One like Actæon peeping though the grove,
Shall by the angry goddess be transformed,
And running in the likeness of an hart
By yelping hounds pulled down, and seem to die;
Such things as these best please his majesty [1].

[1] Bullen, vol. II, p. 121-122. — Edward the Second, Act. I, Sc. I.

Vidi ac perlegi
Lutetiæ Parisiorum, in Sorbona,
a. d. III kal. nov. ann. MDCCCLXXXVI
Facultatis Litterarum in Academia Parisiensi Decanus,
A. HIMLY.

Typis mandetur
Academiæ Parisiensis Rector,
GRÉARD.

ERRATA

P. 5, l. 3 et 4. in Britann*is* scenis	*leg.* in britannic*is* scenis
P. 5, not. 2, l. 2. Poly*e*ronicon	— Poly*c*ronicon
P. 11, l. 27. sensuum *aut* cogitationes	— sensuum cogitationes
P. 23, l. 7. Spectacul*æ*	— Spectacul*a*
P. 25, l. 40. clara fi*a*nt	— clara fi*u*nt
P. 30, l. 32. alia sunt *ac*	— alia sunt *nisi*
P. 31, l. 19. mæni*or*um	— mænium
P. 31, l. 37. quum *et fabulam* agerent	— quum *fabulam et* agerent
P. 32, l. 7. tragædi*u*m	— tragædi*a*m
P. 34, l. 1. *eo* usi sunt	— *illo* usi sunt
P. 38, l. 25. fue*ru*nt impediti	— fuer*i*nt impediti
P. 38, not. 1. cla*re*	— cla*rke*
P. 39, l. 8. immodic*o* menti	— immodic*æ* menti
P. 41, l. 12. Ex Indice qu*a*dam	— Ex Indïce qu*o*dam
P. 43, l. 3. T*o*merlanus	— T*a*merlanus
P. 49, not. 2, l. 6. for a cl*e*ck, for the Gwi*se*	— for a cl*o*ck for the Gwi*sse*
P. 50, l. 29. scenicis *cui*	— scenicis *quibus*
P. 54, l. 10. quæ *ab* ea	— quæ ea
P. 55, not., l. 1. Tho. Nach	— Tho. Na*s*h
P. 55, not., l. 2. commend*o*tionem	— commend*a*tionem
P. 55, not., l. 8. volumna	— volum*i*na
P. 55, not., l. 9. Warto*om*io	— Wart*on*io
P. 56, l. 15. adept*um* erat.	— adept*a* erat
P. 57, l. 22. De*u*s nullos	— De*o*s nullos
P. 62, l. 35 et 36. anno millesimo quingentesimo septuagesimo septimo (1578)	— anno millesimo quingentesimo octogesimo tertio (1583)
P. 63, l. 33. Proæmium leg*endo*	— Proæmium leg*i*
P. 63, l. 34. præposuit, reperi	— præposuit, *et* reperi
P. 66, l. 5. a Sien	— a Sie*a*n
P. 66, l. 36. narrat *eum*	— narrat *se*
P. 70, l. 7. a Gabriel*o*	— a Gabriel*e*
P. 71, l. 3. fabul*a*	— fabul*æ*
P. 74, l. 17. in Green*o*	— in Green*um*
P. 82, l. 2. Extra fidem est *eum*	— Extra fidem est *Greenum*
P. 82, l. 3. qu*i*	— qu*æ*
P. 86, l. 24. i*m*micum	— i*ni*micum
P. 87, l. 9. editus fu*it*	— editus fu*erit*
P. 90, l. 1. Babylo*m*em	— Babylo*n*em
P. 96, l. 16. intitutus fuerat	— in*s*titutus fuerat
P. 96, l. 17, Symond*us*	— Symond*es*
P. 97, l. 21. rever*o*	— rever*a*

P. 106, l. 8-9. hanc n*a*tionem	*leg.* hanc n*o*tionem
P. 110, l. 12. Marl*a*viano	— Marl*o*viano
P. 114, l. 37. a*u*tequam	— a*n*tequam
P. 116, l. 1. informatum fu*it*	— informatum fu*erit*
P. 117, l. 2. nitebatur *res animo* et vi sua.	— nitebatur et vi sua
P. 117, l. 4. ineu*m*tis	— ineu*n*tis
P. 121, l. 5. non pariter desinen*s*	— non pariter desinen*tes*
P. 124, l. 6-7. numer*a*tur	— numer*e*tur
P. 124, l. 31. fabula est *e* prima	— fabula est prima
P. 127, l. 22. medi*um*	— medi*am*
P. 128, l. 10. *e*os	— *h*os
P. 133, l. 8. Cosro*e*m	— Cosro*et*em
P. 133, l. 18. comitata*ta*	— comitata
P. 133, l. 19. ut eam *de* metu	— ut eam metu
P. 134, l. 8 qu*æ*ritur	— qu*e*ritur
P. 137, l. 6. car*is*ima	— car*iss*ima
P. 139, l. 13. *ei*	— *sibi*
P. 142, l. 2. *Res* vero	— *Id* vero
P. 148, tit. l. 2. Par*ie*nsi	— Par*isie*nsi
P. 149, l. 16. *res*	— *fabulas*
P. 152, l. 12. animos percu*ss*it	— animos percu*t*it
P. 152, l. 16-17, quingentesimo septimo	— quingentesimo nonagesimo sept
P. 154, l. 19. temporis a*u*gustiis	— temporis a*n*gustiis
P. 156, l. 14. i*m*itio	— i*n*itio
P. 157, l. 16. mention*o*m	— mention*e*m
P. 157, l. 27. Hæc	— Hæ
P. 161, l. 20. *jubent*	— *imperant*
P. 162, l. 21-22. Guisi*æ* duci ut Luteti*as* Parisiorum potestate habeat	— Guisi*o* duci ut Luteti*is* Parisio *summam* potestat*em* habeat
P. 165, l. 19. præstantior*ibus*	— *quæ* præstantior*es erant*
P. 166, l. 19. Ex*s*postularunt	— Expostularunt
P. 166, l. 27. pestudios*œ*	— per*s*tudiosæ
P. 166, l. 33. et eum	— et *quæ* eum
P. 168, l. 4. affectibus *a* nodis	— affectibus nodis
P. 169, l. 37. Tres Jud*eæ*i	— Tres Jud*æ*i
P. 177, l. 1. *S*akespearus	— *Sh*akespearus
P. 179, l. 19. *jubentem*	— *imperantem*
P. 181, l. 36. *in* ocul*is*	— *ante* ocul*os*
P. 183, l. 6. expect*a*t	— expect*e*t
P. 183, l. 9. adig*i*tur	— adig*a*tur
P. 188, l. 13. ips*o*	— ips*i*
P. 189, not., l. 2. Wilhel	— Wilhel*m*
P. 196, l. 28. auxilio exempli	— auxilio, *sive* exempli
P. 198, l. 15. nono decimo	— decimo nono
P. 203, l. 35. quod puta*bat*	— quod puta*ret*
P. 207, l. 10-11. Parisien*se*	— Parisiens*i*
P. 207, l. 29. qu*i*	— quo*d*
P. 214, l. 3. unius ex *eorum*	— unius ex *iis*
P. 214, not. 1, l. 1. in *eum*	— in *Marlovium*
P. 222, l. 3. non t*u*m .	— non t*a*m

INDEX CAPITUM

Angers, imp. Germain et G. Grassin, rue Saint-Laud.